Vite









SCRUTINIUM PHILOSOPHICUM
DE
VERO ELIXIRE VITÆ,
Seu
Genuino Auro Potabili Philosophico,
QVO
Non solùm omnes humani corporis morbi quondam sanabantur,
Verùm & immunda, ac leprosa corpora metallorum curabantur.
OPVS
Non minùs utile, quàm necessarium omnibus artis Hermeticæ filijs, in quo docetur, quid scire, quidque vitare debeat verus Philosophiæ Chemicæ Studiosus: ubi quoque exactè potissima enucleantur, quæ circa præparationem Auri Potabilis Philosophici necessariò sunt observanda, neque quidquam dictum reperitur, quin perspicuè, succinctè, & ad oculum ex genuinis Philosophorum Adeptorum textibus comprobetur,
Singulari studio, & industriâ non solùm in gratiam Filiorum Hermetis ad intelligendos Philosophorum textus, verùm etiam in emolumentum Celsissimorum Principum, & Magnatum ad evitandas Pseudo-Alchymistarum fraudes, fugiendosque labores Sophistarum inutiles, cum ingenti bonorum jacturâ hactenùs impensos, compilatum

AUTHORE
MARTINO MAXIMIL. PRUGGMAYR,
Philos. & Medic. Doctore, Physico civitatis Græcensis Loimico, ac ibidem Practico.

CVM FACVLTATE SVPERIORVM.

SALISBURGI, Sumptibus JOANNIS BAPTISTÆ MAYR, Typographi Aulico-Academici. 1687.


CELSISSIMIS, REVERENDISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, ILLUSTRISSIMIS, GENEROSISSIMIS, & NOBILIBUS

STATIBUS PROVINCIALIBUS

Inclyti Ducatus Styriæ

DOMINIS DOMINIS PATRONIS ac Mœcenatibus Gratiosissimis.





ANtequàm exoptatus lucis ſplendor in primâ mundi creatione ſeſe oſtentâſſet, denſiſſimas præceſſiſſe tenebras ſacra nobis id pagina Gen. 1. luculenter demonſtrat, *Celſiſſimi, Reverendiſſimi, Excellentiſſimi, & Illuſtriſſimi Styriæ Proceres.* Præceſsêre inquàm tenebræ, & lux ſubſecuta caliginoſas eas, quæ longè latéque ſeſe ſpargebant, nebulas diſcuſſit, adeò, ut colligere

ſas ſit, quòd principium illud fæminum, quod Deus ter Opt. Max. teſtante *Enchyridio Phyſicæ reſtitutæ canone* 25. ante res cæteras cunctas creatas conjunctim cum principio maſculino divinâ ſuâ creationis ope produxit, dominium priùs ſuum, ſeu activitatem exercuerit. Et quid ni? nam teſtante eodem præcitato *canone Enchyr. Phyſ. reſtitut.* principium fœminum eſt prorsùs tenebroſum, & quanquàm ſit ſpiritus, ad corpoream tamen naturam magis vergit, ideóque principium dicitur ſtuporis, opacitatis, & frigoris, econtra verò principium alterum maſculinum eſt lucidum, unde & caloris, luminis, & motûs initium meritò deprædicatur. Ordo hic itáque creationis fuit principi-

um

um nimirùm fæmininum ſuam primò exercere activitatem, quam dein ſubſecuta eſt activitas principij maſculini calidi, & lucidi; Quapropter natura veluti Simia hunc ſemper creatoris ſui obſervando ordinem, diei ſubſequenti noctem, generationi corruptionem, luci tenebras, veríque pullulanti hyemem rigidam, frigidam, mortiferam, atque truculentam præſupponit; natura enim ſemper ſapientiſſimam Creatoris ſui operationem, tùm eundem ſervando modum, tùm eundem ſectando ordinem, quàm naturaliſſimè ſectari conatur, & hoc tam inſtinctu divino, quàm congenito ſibi naturaliſſimo. Deum bonum! ſi ita eſt, ſicut eſt, quòd natura ſimpliciſſima ſuâ ope-

ratione & modum & ordinem crea-
toris ſui imitari, & ſoleat, & debe-
at, aliundè verò artifices veri hunc
ipſum ſervare naturæ proceſſum, &
ordinem in conficiendo Elixire
quàm exactiſſimè jubent, ergò & e-
go tam ipſam ſervando Philoſophiæ
Chemicæ praxim, quàm hunc eti-
am ſcribendo tractatulum, â tene-
bris, in quibus poſt mortem Theo-
phraſti Paracelſi hactenùs potiſſima
Chemiſtarum verſabatur cohors,
initium ſum ſumpturus, tùm dein in
lucem clariſſimā & ſplendiſſimā ex-
curſurus. Tenebræ inquā poſt mor-
tem Theophraſti ad modernum uſq;
tempus reſpectu hujus noſtræ natu-
ralis, vel potiùs divinæ ſcientiæ do-
minabantur, ſuccubuit medica-
mentum deſperatiſſimis morbis â
De

Deo deſtinatum, ſuccubuit ſcientia illa totius naturæ, quâ quidem ſcientiâ non modò ſeptem illi in cælo Planetæ, eorúmque proprietas, virtus, & influentia in omni rerum corruptione & generatione obſervanda cognoſcitur, verùm etiam tùm duodecim Zodiaci ſignorum proprietates, tùm quóque omnium quatuor elementorum vires, eorúmque in ſe invicem converſiones ijs, quibus hanc callere ſcientiam â Deo datum eſt, penitùs penitúſque propalantur; quæ quidem ſcientia ſi in lucem editur, reſpectu tenebrarum, in quibus hactenùs verſabatur, modò in fulgidiſſimo dignitatum throno triumphat. Et hæc potiſſima erat ratio, quâ impulſus hunc *Vobis Celſiſſimi, Reverendiſſi-*

mi, Excellentissimi, & Illustrissimi Styriæ Proceres, tractatulum dedicare & volui, & debui: nam quod tanto temporis spatio versabatur in umbris, serenissimo utique lumine indigebat, quo magis, magisque potuerit illucescere, atque faciliùs hominum patefieri mentibus: quibus luminis radijs cùm *Vos* fulgeatis mirificè, *Vester* utique tùm virtutum mirandarum, tùm Authoritatis rarissimæ, tùm ingeniorum acutissimorum fulgor hasce post mortem Theophrasti hanc scientiam obfuscantes tenebras omne citra dubium procul fugabit, procul propulsabit, lucémque exoptatam tandem introducet, adeò, ut etiam Tenebriones illi, qui docti videri cupiunt, & nihilominus artem hanc

divinam

divinam è rerum poſſibilitate elimi-
nant, convincantur, erronei verò
ad rectam veritatis ſemitam redu-
cantur, atque tandem iniquiſſimi
illi ſycophantæ, qui naturæ prorsùs
ignorantes, atque Philoſophiæ no-
ſtræ naturaliſſimæ omninò imperi-
ti, ſophiſticis ſuis proceſſibus mun-
dum nequiſſimè decipiunt, non
modò ex Sereniſsimis Magnatum
aulis, in quas maximâ ex parte car-
bonarijs ſuis ſublimationibus, de-
ſtillationibus, calcinationibus, pu-
trefactionibus, veræ naturalíque re-
rum corruptioni & generationi è
diametro oppoſitis, ſeſe intrudere
aſſolent, verùm etiam quocúnque
locorum tractatulus hiccè pervene-
rit, prorsùs eliminentur. Lux qui-
dem, fateor, in hoc meo tractatulo

reperietur, ſed mirifico *Veſtro* ſplendore, quo artem hanc, uti non dubito, tuebimini, adeò intendetur, ut dici poſsit, quòd ars hæc divina, quæ hactenùs latuit, jam dudùm occulta, nunc in celſiſsimo honorum Throno fulgentiſsima conſpiciatur. Recipite ergo *Vos Celſiſſimi*, *Reverendiſſimi*, *Excellentiſſimi*, & *Illuſtriſſimi Proceres*, tractatulum hunccè ob fines antedictos *Vobis* dedicatum, ac in *Veſtrâ* me fulgentiſſimâ gratiâ conſervate benigniſsimè, plurimóſque in annos regite feliciſsimè, ita vovet.

Celſiſſ. Reverendiſſ. Excellentiſs. Et Illuſtriſſ. Dominat. Veſtr.

Subjectiſſimus, & Devotiſſimus

Dabam Gracij 10. *Calend. Maij An.* 1687.

MARTINUS MAXIMILIANUS PRUGGMAYR Philoſ. & Medicinæ Doctor.

Enco-

Encomia & Epiſtolæ Clariſ-ſimorum Virorum in Philoſophicum de vero Elixire vitæ Scrutinium.

Prænobilis, ac Excellentiſſime Domine Doctor, Amice plurimùm colende!

SCrutinium Philoſophicum de vero Elixire vitæ ab Excellentiſſimo Domino Authore ex ſolidis veterum magni magiſterij artificum fundamentis paſſim extractum, perdoctè concinnatum, argutiſſimè Theatri naturæ inſcios, & ex hujus ſæculi fætore, ut Bachus è Jovis femore, Alchymiſtas falſos à veris arcani Elixiris Patribus diſtinguere docet; proinde præſens penitioris doctrinæ opuſculum, quô initiata pectora genuinam legitimorum ſcriptorum lectionem, & ordinem, evitatâ undique Charybdi pravorum librorum, imitari poſſint, prælo digniſſimum cenſeo.

Prænobilis & Excellentiſſimi Domini Authoris,

Salisburgi 15. Jan. 1687.

Ad obſequia paratiſſimus

JOAN. THEOBALDUS MURER, ab Yſtein, Phil. & Medic. Doctor, Emin. Cardinalis Archiepiſcopi Salisburgenſis perſonæ medicus, ac intimus conſiliarius.

Præno-

Prænobilis, Excellentissime, ac Doctissime Domine, fautor amicissime!

SCrutinium Philosophicum de vero Elixire vitæ ex principijs Hermeticis deductum curiosè perlegi, vidique hunc tractatum esse compendium omnium aliorum Scriptorum, qui huic Nobilissimæ arti mentem & manum admoverunt, plenum etenim est authoritatibus & rationibus, quò si indubitata experientia symbolum suum conferet, erit numero trino, adeoque perfecto absolutum, de hac autem dubitare non licet, si verum est diverbium: Dij laboribus omnia vendunt.

Ire per ambages si sint compendia præsto,
Quidam stultitiæ dixerat esse gradum.
Construxit Pontem Pruggmayr, *quo tutus adibis,*
Quidquid in orbe patet, quidquid in arte latet.
Hac insiste viâ, & numeraberis inter Adeptos
Uno nec perdes omnia pro Lapide.

Leobij 28. Jan. 1687.

Honoris ergò apposuit Nobilissimo & Excellentissimo Domino Authori

ADAMUS à LEBENWALD,
Philos. & Medic. Doctor, Comes Palatinus, & Poëta Laureatus Cæsaræus, Notar. Apost. Publ. Collegij Sac. Rom. Imp. Naturæ curiosorum Academicus, Inclyti Ducatûs Styriæ Physicus.

Præno-

Prænobilis, Excellentissime, ac Doctissime Domine, Fautor & Amice Colendissime!

POstquam Tractatum Tuum, quem meritò Philosophicum intitulas Scrutinium, voracibus perlegi oculis, Excellentissime Domine Doctor, dubius hæsi; an eum veritati magis congruum, an verò ingeniosè congestum magis enunciem; horum enim quidquid dixero, utrumvis Excellentiam suam vendicat, & dignitatem: & quidem respectu puncti primi, quid quæso verius esse potest, quàm id, quod & naturæ consentaneum est, & Authoritatibus inexpugnabilibus, quibus hocce tuum nititur scrutinium, est condecoratum? respectu verò alterius, quid ingeniosius, quàm ex inexhausto ænigmatum labyrintho excernere ea sola, quæ densam intellectûs errantis caliginem è medio tollunt, lucemque errantibus inducunt serenissimam, adeò, ut quanquam Suetonius Græcus dicat, quòd artem quævis alat terra, hæc tamen ars divina, eâ, quâ tu præstituisti methodo, hâc nostrâ tempestate rarissimis in terris fuerit conscripta, qua de causa haud abs re erit dicere:

Author apem sequitur, quæ lata volando per arva
Floribus ex varijs dulcia mella capit.

Cæterùm ex hisce tuis ingeniosissimis scriptis colligere fas est, quòd ij, qui physicæ veræ naturalissimæ sunt imperiti, tuum huncce tractatum partim invidiâ perciti, partim verò ignorantiâ excæcati sint obmorsuri, cujusmodi sunt præsertim ij, qui veras ignis Philosophici proprietates nescientes igne carbonum, bal-

neique

neique ſunt occupati: & profectò ij ipſi, cùm Athenæus dicat malorum remedia eſſe balnea, balneis hi propriis non modò tetram carbonum fuliginem ex facie, ſed & denſam inſcitiæ caliginem ex cerebello phantaſtico abluere opus habent. Fateor hìc tamen eos haud fruſtraneè ſuum ſibi incendere ignem culinarium, & quid ni? nam qui ad ſolem ſplendidum & illuſtrem etiam clariſſimo meridiei tempore ſanis cæcutit oculis, ſecundùm Suidam talpâ ipsâ cæcior eſt: ergò ut videre poſſit, ignis illi culinarius quâcúnque ratione erit accendendus. Sed nolo abſolutè eorum hìc laudem prætergredi, cùm quidquid ij deſtillârint, fiat omninò cùm prudentia, & ratione; cum omnis eorum cujuſcunque rei deſtillatio ex cucurbita capitis omnem rationem, ac intellectum unâ ſecum alacriter ducat in vitrum receptivum. Abſit verò etiam eorum ſpernere fixationes, cùm nec hæ fiant absque ſucceſſu, quanquam enim ab ijs nihil unquam in igne carbonario fixari poſſit, quod quidem facile concesſerim, negandum tamen non eſt, hos ipſos artifices ijs ipſis operationibus fixatorijs in amentia fixari fixatione verâ

Lec & conſtanti. Quid verò dicendum de ſalis, ſulphuris, & mercurij ſeparatione manualiter ab ijs fieri ſolitâ? profectò & hæc ſuccedit feliciſſimè; dùm enim ejusmodi ſalem, ſulphur, & mercurium ſeorſim ſeparant, ſeipſos â Sale ſeparant, liberantque adeò, ut inſulſi permaneant, inſipidíque. Quòd verò ij ipſi violentis, mendacibúſque in veros naturæ indagatores invehantur verbis & jurgijs, haud mirandum eſt; cùm enim violentæ penitùs arti ſint aſſuefacti, violentos eos eſſe oportet adversùs Genuinum naturæ proceſſum. Tu verò, ſiquidem veritas Jovis filia eſt, poſt exantlatos

hoſce

hoſce labores tuos, perge tam veritatem ipſam, quàm felicem ingenij tui partum edere in lucem, non quidem pro cuculis ijs ingratis, átque indignis, verùm ijs ſolùm, quos divinum Numen ad viam veritatis delegit. hiſce vale, & me amare non deſiſte.

Dum tua proveniunt in apricam dogmata lucem,
Dogmata verorum quis neget, eſſe ſophûm?
Scribis enim doctè reſerando remque, modúmque,
Credo, quòd â ſacro Numine Lumen habes.
Credo, quòd excelſi conſcendens culmina Pindi,
Cum Muſis ludos nôris habere tuos.
Credo, quòd vigilem nôris jugulare draconem,
Et doctâ Heſperidum carpere poma manû.
Suſpicor, haud te mira latent arcana Sophorum,
Te quamvis humilis talia nôſſe neges,
Nempe humilem decet eſſe, ſacram qui noverit artem,
Namque humili Numen præbet ad alta viam.
Sed tu perge ſilens cum Jaſone, & Hercule Colchon
Aureáque audaci vellera carpe manu.
Vellera carpe manu, quæ ſunt potabilis auri
Pharmacum, id & ſcriptis perge notare tuis,
Sic iter hoc pergens nobis eris alter Jaſon,
Scribens hæc, alter ſic Paracelſus eris.

Ejusdem Epigramma.

Dùm lapidem fabricas, non carbo ſed Jovis ignis
Tùm tibi ſubſervit, quod tua ſcripta docent.
Nempe ſtruis ſophicum ſacro Jovis igne lapillum,
Cùm focus hic fabricet fulmina dira Jovis.

Ergo

Ergò struens lapidem tu cum Jove fulmina cudes;
Fulmina quêis morbos concuties rigidos.

Ita Canit, ac vovet

Prænobili, ac Excellentissimo Domino
Authori

Gracij 5. Februarij 1687.

JOANNES ADAMUS RIIMOR,
Philos. & Medic. Doctor.

Prænobilis ac Excellentissime Domine Domine Doctor.

SCrutinium de Vero Elixire vitæ pro perlectione communicatum, & eo, quô in artis spagyræ amatores propendeo, affectu â me receptum percurri, reperique candidam erga artis tyrones mentem, bonámque passim folia hæc spirare voluntatem: in quibus volvendis si apes egerint Neo-Philosophi, non dubitavero, quin mella sint lecturi Hermetica: quippe plures sacratioris hujus, & verioris Sophiæ Canones ex varijs probatisque Authoribus compilatos exhibent. Eam proinde hic auguror mundo nostro felicitatem, ut eâ, quæ his â Prænobili, ac Excellentissimo Domino Authore insinuatur pagellis, vitâ fruatur: tùm enim ei sic lubens accinerem.

Ut peteret felix aurata ad Phasin Jason
Vellera felici struxerat arte ratem:
Non fidis Nautæ? Pruggmayr *te* Ponte *juvare*
Vult: Sophicũ hoc poteris fors superare mare

Ne-

Hoc quòd si superes, quìd ni tùm sæcula vivas;
Aurea cui vitam pocula dant bibilem.

Excellentissimo Domino Authori

Philosophico suo ex otio 10. Februarij. 1687.


Amicitiæ ergò subscribebat

In DEO fidens bonas auri cunas Aureolus.

In scrutatoris Vitæ Elixiris Amorem.

PRoximus accedis, de quo prædicere fas est,
Conveniunt rebus nomina sæpe suis.
REverâ *Pons* est opus hoc, cum *nomine Pruggmayr*
Concordat, *Pontis* Nomen & omen habes.
VOlvis in arte modum, morborum vincere fluctus,
Immanémque necem *Ponte* fugare juvas.
GLoria sola dei in cunctis sit meta laborum,
Struxisti *Pontem*, *Ponte* beatus eris.
GRatus eris superis, nec non gratissimus orbi,
Nam labor iste tuus dignus ubíque loci.
MUnera conveniunt perfecto digna labori,
Cuncta Dij vendunt Martis & artis ope.
AStservire Deo sic perge, hoc PONTE salutis
Proximus adversas tutus adibit aquas.
REs tibi succedat vivendi Nestoris annos
Proximus ut possit PONTE valere tuo.

Ita VoVet aVthorI hVIVs operIs
fIDeLIs aMICVs.



Prænobilis, Excellentiſſime, ac doctiſſime Dc mine Doctor, fautor, & Amice Colendiſſime!

LAbores tuos in hoc Scrutinio Philoſophico ma gnâ induſtriâ impenſos, avidis oculis pervolvi reperíque materiam non ſolùm Recentiorum, ſed & veterum Philoſophorum Authoritatibus nervosè ſtab litam; volupe mihi etiam fuit legere ſigna illa Pathc gnomica, quibus volatilem pſeudo-Alchymiſtaru ſtatum affabrè delineâſti, & â veris artis filijs diſcerne docuiſti: Lubens equidem fateor, quòd tales cinifle nes ſæpius ex auro non aurum, quàm ex non auro au rum, per actionem Creationi divinæ prorsùs contr riam efficiant, potiùs dicendi aurifures, quàm aurif ces; Verùm cùm nemo mortalium triticum propt admixta Zizania rejiciat, non video etiam, cur No biliſſima artium Alchymia culpanda eſſet, etſi nonnu li dentur ſimiles Artiſtæ, qui propter hunc lapide Benedictum, omnia ſua maledicto penitùs modo, d lapidant. Arriſerunt mihi inſuper labores tui non vu gares, quos in ænigmaticis veterum allegoriis enucle andis magnâ induſtriâ impendere conatus es. Age ig tur vir Excellentiſſime, & eruditum Ingenij tui pa tum, tam ad evitandas pſeudo-alchymiſtarum fraudes quàm ad intelligendos Philoſophorum textus valde uti lem, orbi curioſo per typos communica, ac honori mercede exinde reſultante ſuaviſſimè fruere, majoren nominis tui gloriam adhuc adepturus, ſi & lectores q

h

hoc ſcrutinio viam ſecuriorem invenientes, deſiderato illo aureo vellere in Colchide potiti fuerint. Quod ex corde exopto, & perſevero.

Excellentiæ Tuæ

Paratiſſimus ſervus.

Marburgi Styriæ 27. Februarij 1687.

JOANNES BENEDICTUS GRÜNDEL, Phil. & Medic. Doctor, Collegij Sac. Rom. Imp. Naturæ curioſorum Academicus, Inclyti ducatûs Styriæ Phyſicus.

Nobiliſſimo, ac Excellentiſſimo Domino Authori,

SCrutinium Philoſophicũ de vero Elixire vitæ, Tractatum experientiâ infallibiliter, uti credo, ſtipatum, ratione, Authoritateque fertiliſſimum, in quo inter reliqua ingenioſa diſtinctionem inter libros Sophorum, & erroneos vagabundorum, Aurum Philoſophicum, & vulgare, Pſeudo-Chymicorum & Adeptorum, horum ſimplicem, & illorum multiplicem materiam, mineralia majora, media, & minora, Mercurium ſapientum, & Vulgarem, Ignem denique Philoſophicum & carbonarium, in cautelam Neo-Chymicorum ad amuſſim utiliter, & elegantiſſimè adumbratum, libentiſſimè perſpexi. Edenti

EPIGRAMMA.

OMnem motasti lapidem, monstrare Sophorum
Ut possis lapidem, quisne struendo modus?
Hunc lapidem, qui tot se non verâ arte petentûm
Sub lapidem & terram condere membra facit.
Artificem dùm ergò Naturæ impellis ad ignem
Chymicus & Vacuo falsus ab igne fugit.
Et tibi pro mercede laxis tribuendus ab orbe,
Scilicet æternum, sit diadema, decus.

Graecij 3. Martij 1687.

Quod in debiti honoris gratiam accinit.

DOMINICUS IGNATIUS MAYR
Phil. & Medic. Doctor.

Prænobili, ac Excellentissimo Domino Authori.

CUriosè & sedulò perlegi scrutinium hoc Philosophicum, cujus Excellentissimum Dominum Authorem inveni variâ lectione instructum, eruditione conspicuum, facundum eloquio, & miro ordine curiosam hanc materiam pertractantem. Faxit DEUS TER OPT. MAX. ut ex hoc opere non exiguo labore confecto filij artis auriferæ (quæ vix unquam satis edíscitur, aut monstratur) emolumentum & manuductionem percipiant, ut evitatis Pseudo-Chymicorum fallacijs in lapidem non impingant marsupij

& laboris destructivum, sic ex corde doctissimis laboribus Excellentissimi Domini Authoris apprecatur

Gracij 10. Martij 1687.

JOAN. LEONARD. BOSITIUS,
Philos. & Medic. Doctor, olim Celsissimi Comitatûs Goritiensis, & Principatus Gradiscani Archiater, nunc Græcij Practicus.

Prænobilis, Excellentissime, ac Doctissime Domine, Fautor, & Amice Colendissime!

SCrutinium Philosophicum magnâ animi voluptate pervolvi, vidique quod in hoc laboriosissimo opere tuo non modò rei possibilitatem, artisque Philosophicæ veritatem demonstres, sed & viam securiorem Philosophiæ Chemicæ studiosis ostendas; praetereaque ignaris Chymiastris, qui propter lapidem Benedictum bona sua dilapidant, amicissimè dissuadeas, ne hoc opus tam temerè aggrediantur. Age igitur vir Excellentissime, & eruditum ingenij tui partum tam ad evitandas Pseudo-Alchymistarum fraudes, quàm ad intelligendos Philosophorum textus in lucem ede, tunc enim fiet, quòd non solùm artis Hermeticæ filij, verùm etiam Celsissimi Magnates inde emolumentum, tu verò honoris incrementum, & immortalem gloriam sis adepturus. Sic ex corde exopto, atque sequenti Epigrammate aggratulor:

Mirandæ quisquis Naturæ arcana requiris,
Atque cupis sophicis te recreare libris.

Perlege divino PRUGGMAYR, quæ prodit ab ore,
Hic etenim Sophicus continet alta liber.
In cunctis modicum libris pleriq; dedêre,
Hic solus multum dat liber iste tuus.
Hæc ergò reliquis meliora volumina spectes,
Namq; hæc sufficiunt dogmata vera tibi.

Aliud

In Doctissimum Authoris librum contra Zoilum, & Momum.

Frustra Timanthis excitas Divam manum
Zoile, librum istum non tibi confodiet
Unquam colore tartari mœrtissimo:
Olympus omnis juret; antra Caucasi
Rupes acerbis dentibus fremant; licet
Syrtes aperiat æquorum cuspide suo
Tridente Neptunus furens; Saturnius
Diespiter nunc fulmina furorum pluat
Horrisona; cunctas permeet terræ plagas
Vetrix Megæra; sanguine & bellis lita
Mavortijs focis; amico hæc omnia
Doctis animus arridet aspectu, quasi
Zephyrus facetis luderet obtutibus,
Dulcésque Chloris Diva vernaret rosas.

Excellentissimo, ac Doctissimo Domino Authori, Fautori, & Amico suo.

Græcij 20. Martij 1687.

Gratulabundus apponebat

JOANNES WENCKH, Philosoph. & Medic. Doct. Inclytorum statuum ducatûs Styriæ Physicus.

CATA-

Catalogus Authorum, & Nomina Philoſophorum Adeptorum, qui in hoc tractatulo continentur, atque citantur.

A.

ADam.
Alanus.
lbertus Magnus.
lexander Magnus.
nonymus de occult. Nat. Myſterijs.
lphidius.
lphonſus.
naxagoras.
nonymus Sarmata.
rchelaus.
risleus.
riſtoteles.
rnoldus de Villanova.
rtephius.
ſtanius.
urelius Augurellus.
ureolus, in Deo fidens bonas auri cunas.
ıthor Roſarij abbreviati.
ıthor Inſtruct. de Arb. Solarij.
Author Tract. Aur. de Lap. Philoſ.
Author Laborat. Chym. Vulg.
Avicenna.

B.

Rogerius Bachon.
Juſtus à Balbian.
Bonellus.
Petrus Bonus Ferrarienſis.
Joannes Leonardus Boſtius.

C.

Calid.
Chortalaſſæus.
Joannes Chryſippus.
Melchior Cibinenſis.
Conſtantius.
Cremerus Abbas.

Danti-

D.

Dantinus.
Dædalus.
Joannes Dèe Londinenſis.
Democritus.
Diamedes.
Diogenes.

E.

Efferarius Monachus.
Joannes de Eſpagnet.
Eximenus.

F.

Falx in Bifolium Pantaleonis.
Fernelius Ambianus.
Flamellus.

G.

Geber.
Gloria mundi.
Jodocus Greverus.
Joannes Benedictus Gründel.

H.

Haly.
Hamuel.
Helmontius.
Fridericus Helvetius.
Heraclitus.
Hermes Triſmegiſtus.
Theobaldus de Hogelande.
Hydrolithus Sophicus.

I.

Iſaacus Holandus.

L.

Janus Lacinius.
David Lagneus.
Lambſprinck.
Joannes de Laſnioro.
Adamus à Lebenwald.
Ludus Puerorum.
Raymundus Lullius.
Lux obnubilata ſuapte natura refulgens.
Lux Septuplex Aſtralis.

M.

Henricus Madathanus.
Michael Majerus.
Maria Prophetiſſa.
Dominicus Ignatius Mayr.
Joannes à Mechung.
Guilielmus Menens.
Mirneris.
Morienus.
Moyſes.

Mu-

B 5 Rob.

Robertus Vallensis.
Laurentius Ventura.
Via Veritatis.
Virgilius.
Eobaldus Vogelius.

W.

Joannes Walchius.
Joannes Wenck.

Z.

Dionysius Zacharias.
Zeno.
Zimon.
Joannes Zwelfferus.



PRÆ-

PRÆFATIO
ad
Lectorem.

NE mireris candide lector, quòd huncce tractatulum in publicam lucem edendi animum induxerim, cùm omnes ferme bibliothecæ libris hac de materia conscriptis sint adimpletæ; quorum tamen maxima pars falsa, fucatâque Philosophia, ejusdémque farinæ receptis, & inutilibus Sophisticis processibus est referta. Scito Námque, quòd hoc opus non in mei gratiam, nec ob Vanam honoris gloriam, aut nominis æstimationem, sed ex purâ charitate fraternâ ad emolumentum mei proximi conscripserim, cùm videam multos adulterinos omni ratione, & doctrinâ vacuos extare libros falsáque Alchemistarum recepta (uti vocant) impostorum fraude, & avaritiâ composita, in quibus ne scintilla quidem veritatis elucet, inter naturalium occultarúmque artium indagatores versari: quibus quàmplurimi decepti sunt, & proh dolor! ad hodiernum úsque diem non perpauci decipiuntur. Unde etiam factum est, quòd Alchymia, scientia purè naturalis, ars adeò nobilis, imò Regina omnium artium, ob Nebulonum quorundam fraudes, & nequitias pro mera deceptione, & ludibrio habeatur,

beatur, ac credatur: quin imò plurimi chemiam Philoſophicam tanto odio habere cæperunt, ut ipſius ſolo in audito nomine inhorreſcant, & ſubinde vomere cogantur. Hæc igitur, amice lector, dùm mecum ſedulò perpenderam, átque mihi corai ſumpſeram, nihil me utilius facturum exiſtimavi, quàm ſi huncce tractatulum ad emolumentum proximi in publicam lucem emitterem; & quidem præcipuè ad eum finem: Primò, ut erudiantur principiantes Philoſophiæ chemicæ Studioſi, quid ſcire, quidque vitare debeant, quos libros tutò legere, & quos utpote inutiles fugere neceſſum habeant, ſi in hac arte nobiliſſimâ incrementum facere deſiderant. Secundò, ut chymici, qui hactenùs in immenſo Sophiſticationum labyrintho hæſerunt, & tempus, pecunias, átque fortunas ſuas ob lapidem Benedictum miſerè dilapidârunt, errores ſuos emendent, ſapere incipiant, & ad rectam veritatis ſemitam reducantur. Tertiò, ut tenebriones illi adeò docti videri cupientes, qui chemiam Philoſophicam odio ſummo perſequuntur, átque artem hanc naturaliſſimam ê rerum natura eliminare prorsùs volunt, convincantur, & confundantur. Quartò, ut ij, qui ſeſe in Alchymia exercere cupiunt, ab impoſtorum, & pſeudo-chymicorum dolis ac fraudibus in futurum tuti eſſe poſſint. Denique ut

omnes

omnes vagabundi Chymiastri, Particularistæ, & deceptores Sophistæ, ex Principum ac Magnatum aulis, ubi sese potissimùm intrudere solent, prorsùs eliminentur. Atque hæc omnia ob antedictos fines specialiter in hoc tractatulo insinuare, perspicuè ac succinctè ad oculum conabor demonstrare; Et ne illa cuipiam mera insomnia videantur, aut quis dicere possit meam esse solummodò opinionem, quare pro confirmanda mea sententia, & stabilienda rei veritate Authenticos saltem Authores citabo, & genuinos Philosophorum Adeptorum textus adducam, eorundémque Authorum libros, ac paginam ubique assignabo. In hoc autem opere meo locutionis ornatum, sive elegantiam verborum minimè observabo, sed potiùs rei veritatem tueri studebo: veritatis enim sermo simplex esse debet, nec interest, in dicendis veris, quali sermone utamur, præsertim cùm Cicero eloquentiam in Philosopho non desideret, multò minùs Celsus eam in medico. Nam dùm re ipsa agitur, inquit Plato, frustrà elegantiam, aut ruditatem verborum attendimus, dummodò doctrinæ, & rei veritati satisfiat. Huc ergò adeste veritatis indagatores, artísque Hermeticæ Filij, qui, si praxim totam ex hisce meis scriptis non estis capturi, id saltem si in lectione, & relectione haud fueritis desides, hausturi estis, quòd vos à

semi-

ſemitâ illâ erroneâ, in quâ laborum inanium impenſio, & conſumptio bonorum latet, omni procul dubio incedetis ſecuri. Verùm hoc ipſum eſt, quod utilitatem ſecum gerere non exiguam hic audacter fateor; Quamvis enim aureos polliceri montes, nec poſſim, nec debeam, ſed nunquid id ipſum ſat utile eſt cenſendum, hominem ab innumeris tutari detrimentis, uti ſunt fruſtranea temporis conſumptio, laborum inanium impenſio, & bonorum dilapidatio? Hæc igitur, lectores Benevoli, in dictum emolumentum veſtrum, ſcripta mea boni conſulite, átque me de vobis bene mereri cupientem in favore veſtro conſervate, ac valete.





CAPUT I.

Quid sit Alchymia, & quæ inter veram ac falsam differentia.

ALchymia, *uti Margarita Pretiosa theat. chym. Vol. 5. pag. 563.* inquit: est scientia, quâ metallorum principia, causæ, proprietates, & passiones omnium radicitùs cognoscuntur, ut quæ imperfecta, incompleta, mixta, & corrupta sunt, in verum aurum transmutentur. Cui assentitur *Instructio de arbore solari theat. chym. Vol. 6. pag.* 166. ubi sic ait. Alchymia est valde occulta pars philosophiæ naturalis, imò maximè necessaria pars physicæ, seu investigationis naturalis: ex qua ars facta, cum quâ cæteræ nequeunt comparari, quia docet, quo pacto omnes imperfecti lapides pretiosi possint fieri perfecti, & quâ ratione omnia corpora humana morbis affecta, ad plenariam sanitatem sint adducenda, & quomodo metalla corporea imperfecta in verum aurum & argentum sint transmutanda.

Ex quibus patet duplicem esse finem Alchymiæ, nempe ut vita hominis in sanitate conservetur, & amissa recuperetur, dein ut omnia imperfecta metalla in perfectissimum statum auri videlicet, & argenti couvertantur. Sic enim *Orthelius commentator in novum lum: chym. Sendivog. theat. chym. Vol. 6. pag.* 430. dicit. veræ Alchymiæ sedulam operam dantes omnem suam intentionem & laborem eo direxerunt, ut vitam suam in sanitate conservarent, & absque molestia proxim suo creata honorificè viverent, & tam ex abundanai

ſuarum opum, quàm cum divino medicinæ dono fratri in Chriſto, egeno & ægro ſuppetias ferre poſſent. Ad quem ſcopum perluſtrata naturâ univerſâ, melius medium invenire non potuerunt, quàm illud, quod propter formam ſuam adamantinam, & diaphanam, ac rubini inſtar comparatum colorem, nobilem & benedictum lapidem Philoſophorum vocârunt. Et *Guilielmus Menens. in aur. Vell. lib. 1. theat. chym. Vol. 5. pag.* 247. binas humano generi commoditates ſubminiſtrat. quæque ejusdem felicitatis apicem (quàm diù hic vivitur) attingunt: corporis nempe ſanitatem inconcuſſam, ſenectæ retardationem, morborum præcipuorum utpote articularis, apoplexiæ, lepræ, hydropis &c. curationem. Secundo loco auri argentique cornucopias ſuppeditare fertur.

Ob quem duplicē finē Alchymia omnibus alijs ſcientijs longe palmā præripit & jure merito ars, & Regina omnium artium dicenda eſt; cùm non ſolum corporis humani ſanitatem tueatur, & deſperatiſſimos morbos liciſſimè propellat, verùm etiam omnia imperfecta metalla in puriſſimum aurum & argentum convertat. quare rectè *Lilium de ſpinis evulſ. Guilielmi Tecenenſis theat. chym. Vol.* 4. *pag.* 887. ſic, inquit. ars iſta cæteris longe præferenda eſt, cùm in ea ſit parva impenſa, parvus labor, breve tempus, lucrum magnum, jucunda ſecuritas, hilaritate comitata largitas. Et profectò nihil poſt legem divinam, in qua ſalus eſt animæ, humano generi à ſummo Creatore in hoc mundo collocatum fuit magnificentius & ſublimius ipſâ Alchymiâ, uti omnes unanimiter atteſtantur Philoſophi: eſtque hæc ſcientia ſolummodò perfecta inſpiratio di-

vina

vina, & donum Dei Gloriosum, cui ipse elargitur, & subtrahit, cui vult: unde multi quidem sunt vocati, pauci verò electi: Multi namque in Alchymia laborant, paucissimi verò suis laboribus benedictum lapidem Philosophorum assequuntur. quare rectè *Virgilius*:

- - - - - - Pauci quos æquus amavit
Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Quod autem hîc de Alchymia dictum est, non de Sophistarum pseudochymia intelligendum velim, magna enim est differentia inter chymiam, quæ vulgò hodie exercetur, & in communi usu est, & quæ philosophis propria est; magnum profectò discrimen inter operationes hodiernorum Alchymistarum, & labores filiorum scientiæ. Quod patet: Philosophi sunt imitatores naturæ unicâ solummodò utuntur materiâ unico vase, unicâ fornace, unico igne totum opus absolvunt: Pseudochymici sunt destructores naturæ, plures adhibent, & diversas materias, pluribus vasis, & diversis fornacibus, atque multiplici igne laborant. Hoc bene annotat *Instructio de arb. solari theat. chym. Vol. 6. pag.* 166. dicendo: scias tantam inter veros philosophos, & vulgares Alchymistas esse differentiam, quanta inter diem ac noctem. Hoc ita se habere inde apparet, quòd omnes veri Philosophi, qui in nostro opere magno laboraverunt, in hoc unanimiter consentiunt, unam unicam rem præ manu sumendam, ex quâ præparetur lapis philosophorum, cùm tamen Vulgares Alchymistæ plures & varias materias, suæ intentioni adhibeant, quo optatum suum scopum attingere queant. Veri Philosophi cum tempore absque

ſumptu, & in ſilentio operantur, cum uno vaſe, unâ fornace, unâ materia, aut duabus (quæ tamen ſunt ejusdem naturæ) opus ſuum abſolvunt: Vulgares Alchymiſtæ magnâ vi, multo ſumptu, diverſis fornacibus, & ignibus in multitudine diverſarum materiarum laborant. In ſumma omnipotens Deus ex nihilo creavit omnia: Alchymiſtæ vulgares ex omnibus faciunt nihil, veri autem Philoſophi naturam imitando, ex materiæ ſuæ quantitate parva, valde magna efficiunt.

Atque hæc Veri Philoſophi, & vulgaris Alchymiſtæ comparatio, in hoc capite ideo à me ſubjuncta fuit, ut diſcat, & ſciat tyro chymicus, ſe apud veros Philoſophos veram ſapientiam, apud Vulgares verò Alchymiſtas ignorantiam, & mendacia ſemper inventurum.

CAPUT II.

Qualis requiratur artifex, & quid ſcire debeat verus Philoſophiæ chemicæ ſtudioſus.

OMnia bona & perfecta dona deſuper veniunt à Patre luminis, inquit *S. Apoſtolus Jacobus cap.* 1. & *Plato* dicit: in omnibus ſive maximis, ſive minimis divinum implorari debet auxilium. Cùm itaque hæc ſcientia teſte Gebro, Seniore, & alijs Philoſophis, non ſit niſi perfecta inſpiratio divina, & arcanum Dei Glorioſum, qui eam elargitur, & ſubtrahit, cui vult, decet inprimis eum, qui huic initiari cupit, Deum Trium & unum ſupplici mente rogare, ut intellectum ipſius illuminare, & ſapientiam ipſi conferre dignetur, ait *Theobaldus de Hogelande de Alchym. difficult: theat. chym. Vol. 1. pag.* 123. neque enim eſt ſapientia niſi à Deo

à Deo, qui eam ſincero corde & bonâ intentione quærenti non negat: ſed quoniam peccatores non exaudit Dominus, neceſſe eſt, ſi exaudiri cupiat, ut Deum à quo omne bonum exſpectat, amet, revereatur, & timeat. Timor enim Domini principium eſt ſapientiæ ait Regius propheta: quare rectè Alanus Philoſophus: fili, pone cor tuum potiùs ad Deum quàm ad artem, hæc enim eſt donum Dei, qui illam dat, cui vult. Ante omnia igitur verus chymiæ ſtudioſus pius ac probus ſit, ac timorem Domini habere oportet: nec in malum finem huic ſcientiæ ſtudere intendat: nam *uti aſſerit Theobaldus de Hogelaude theat. chym. Vol.* 1. *pag.* 124. Alchemiſtarum nomine digni non ſunt qui hanc ſcientiam eo ſolùm animò quærunt, ut cupiditates ſuas expleant, & non ad Dei gloriam, aut ad proximi ſolatium, aut inopiam ſublevandam.

Artifex præter jam dicta, uti præfatus author annotat, prudens ſit, & ingenium habeat naturaliter ſubtile, & profundum, & judicio egregio polleat, ut vera à falſis, naturæ potentiam ab operibus contra naturam diſtinguere ſciat. Doctus ſit, ut quod per ingenium naturale non adipiſcitur, huic defectui per doctrinam ſubveniatur. Latinæ linguæ inprimis peritus ſit, quo enim pacto aliter intelligat, quæ maxima ex parte latino ſermone conſcripta & vulgata ſunt? In Philoſophia naturali & alijs ſcientijs verſatus ſit: unde Arnoldus: quicunque vult ad hanc ſcientiam pervenire, & non eſt philoſophus, fatuus eſt, quia hæc ſcientia non eſt niſi de occultis philoſophorum.

Artifex præterea naturæ & artis principia non ignoret, quia qui principium ignorat, finem non inveniet.

Insuper industrius sit & laboriosus, ut quod per ingenium naturale & doctrinam assecutus fuerit, industriâ suâ & labore juvare sciat, & si contingat errare, corrigere: constantis quoque sit voluntatis, ut non modo hoc, modo illud attentare præsumat, quia in rerum multitud ne ars non consistit, sed ut incepto semel operi ad consumationẽ insistat, nec opus imperfectũ relinquat.

Non præceps sit in iram, ne si libros primo intuitu non intelligat, illos abjiciat, aut si incepta minus feliciter successerint, vasa, fornaces & reliqua operi necessaria impetu furoris dissipet, & disturbet. Sed econtra patiens sit & longanimis, naturæque actionem, quæ lentissima est, æquo animo exspectans. Unde Geber. festinatio à parte Diaboli est, ideo qui patientiam non habet, manum ab opere suspendat. Otiosus sit, nec ullis alijs curis aut negotijs occupatus, sed operi tantùm, & philosophorum libris insistens, hæc enim ars totum requirit hominem. abstineat ab operibus Sophisticis, & in verâ artis indagine tantùm persistat.

Sufficienter locuples sit (nec enim sufficit ingeniosũ esse, doctũ & industriũ, si paupertate premente hanc scientiã cogatur postponere alijs minùs nobilibus sectandis) ut in opem vitã sustentet, & de victu & amictu securus sit. unde Lullius. hæc ars divitias requirit, sapientiam & libros: non quòd magnæ requirantur expensæ ad opus philosophicũ, (nam expensæ totius artis pretiũ duorum aureorum non excedunt, uti infra cap. 10. demonstrabitur) sed quòd plerumque contingat operantem sæpius errare: & scribit Pontanus in sua epistola quòd ducenties in practicâ erraverit, quamvis in vera materia laborâsset. unde auctor perf. magist. inquit, cùm

co

de hujus rei experientiâ nemo possit esse securus, tibi suadeo ut actione incepta ab ipsa non cesses; si primâ vice non rectè fueris operatus, secundo, tertio, & etiam amplius, si opus fuerit, reitera, quousque quod appetis, perfectissimè deprehendas.

Artifex etiã librorũ magnã habeat copiã: neq; enim persuadeat sibi quisquã, librũ aliquẽ unum inveniri, qui continuatâ orationis serie totã artẽ veraciter describat, uti bene notat *Theobaldus de Hogèlande theat. Chym. Vol. 1. pag. 127.* ideo non frustra ab uno eodemque auctore plures unâ de re libri sunt compositi, ut videlicet, quod in uno diminutũ tradiderit, in alio compleat; quociria pluribus & diversis auctoribus artifex opus habet: & profecto hoc vel solo impedimento multi viri docti maximè retardantur, ne votorũ suorũ compotes fiant.

Non autem sufficit libros habere plurimos, nisi illis lector diligens, assiduus, & diuturnuse venerit; neque enim mensium aliquot, sed annorum spatijs opus est intelligendis auctorum parabolis, ænigmatibus, æquivocationibus, tropis, figuris, & transpositionibus. unde auctor perf. magist. inquit, rogo te fili, ut incessabili lectione philosophorum libros scruteris, qui enim in legendis libris deses extiterit, in præparandis rebus promptus esse non poterit. post aliquot annorum studia, quantumvis felicia, desideratur etiamnum longa experientia, fundamentum enim artis experimentum est. unde Geber. oportet operando, perscrutando & experiendo ad intentum pervenire. atque hæc præcipua sunt, quæ artis Hermeticæ filius, utpote summè necessaria callere & observare debet, si in arte philosophica profectum sumere velit.

Quare satis mirari non possũ, quòd adeo imperiti homines uti balneatores, tonsores, sartores, & sutores sese ad Alchymiam conferant, cùm tamen artis & naturæ principia omninò ignorent, nec quicquam sciant, quid metalla sint, & unde proveniant, prorsus nihil intelligant. quomodo igitur quæso hi miselli & rerũ imperiti homines in Alchymia quid boni præstabunt & efficient!

Non ineptè profectò de talibus chymiastris scribit *Adamus à Lebenvvald in tract.* 4. von deß Teuffels List vnd Betrug in der falschẽ Alchymisterey / *pag.* 2. ubi sic ait: In dise Vulcanische Schulẽ / welche durch genaues Examẽ der Natur Wesen / vnd Selbsständigkeit lehrẽ / schleichẽ ein / die (sit laus & gloria veris Hermeticis) betrogene Goldmacher / als schandhaffte Feuerbrändler / verführerische Kohlschürer / Staubfresser / Rauchschlücker / Gestanckschmecker / welche Lumpel-Zunfft vnd Gesellschafft gemeiniglich vnter sich hat / vngelehrte Ertzte / verdorbene Apothecker / versoffene Bader vnd Balbirer / vnd Maul-drescher / fuule Gold- vnd Kupfferschmidt / Glockengiesser / abgeführte Vmschweiffer vnd Landläuffer / Zähnbrecher / Panduerant-Leuth / verblenderische Gauckel- vnd Taschenspieler / außgerissene Soldaten / hoffärtige Ertzt vnd Brunnengraber; ja / ich hab Schneider / Schuster / Bierbräuer / Rauchfangkehrer / Faßzieher / Besenbinder gekennt / welche sich auff die Goldmacher-Kunst begeben; indeme sie etwan ein Theophrastisches Büchel von diser Materi gelesen / vnd solches doch nicht verstanden / haben sie gleichwohl ihr Handwerck an den Nagel gehencket / das mit harter Mühe vnd Arbeit erworbe-

ne

ne Geltl auff Materialien / Gläser / Tögl angewendet / Tag vud Nacht angefangen zu brändlen/ biß die Mittel sambt der Hoffnung mit dem Rauch verschwunden. Hæc ille.

Quæ cùm ita ſint, unde concludo & dico, artifex ad hanc ſcientiam indagandam non accedat, craſſo & duro repletus ingenio, non impius, nec avarus, nec ſumptibus parcens, nec vir duplex omninò variabilis à propoſito, nec nimis feſtinus, nec ita pauper, ut habere nequeat, ut hanc ſumptuoſam ſcientiã indagare poſſit: ſed potiùs ſit doctrinæ filius, vir probitate, & ſubtiliſſimo ingenio decoratus, ſufficienter locuples, largus, firmus in propoſito, patiens & mitis: nec tædeat artificem libris philoſophorum ſedulò incumbere, ex eis verum intellectum extrahere, extractum in corde ſecretè gerere, perpetuæque memoriæ commendare, & dein operari: hæc ſi artiſta ritè obſervabit, non dubito, quin felicem ſucceſſum in opere philoſophico nanciſcetur.

CAPUT III.

Quales libros vitare, & quos legere debeat tyro Chymicus.

DIctum eſt, priori capite, qualem oporteat eſſe artificem, peneſque inſinuatum fuit, quòd Chymicus librorum magnam copiam habere debeat; ſed cùm infiniti hâc de re, æquè falſi quàm genuini extent libri, quos tamen hujus artis tyrones diſcernere minimè nôrunt: quare nihil utilius principiantibus chymiæ ſtudioſis me facturum exiſtimavi, quàm ſi ipſis oſtenderem, qui libri veri ſint, ac qui falſi, quos tutò legere poſſint, quosque utpote inutiles neceſſariò vitare debeant, in quo equi-

 dem

dem haud parùm illorum intereſt, quare etenim tot & innumeri huic ſcientiæ incumbentes nihil unquam proficiunt? cùr infiniti chymiaſtri tantas expenſas inutiles, & labores fruſtraneos perficiunt?

Potiſſima profectò ratio imo cauſa principalis in eo ſolùm conſiſtit, cùm tyrones chymici neſciant diſtinguere veros philoſophicos, à falſis pſeudochymicis libris, quòd plerumque ſophiſticos ſibi libros comparent, in illis ſtudeant, atque ijſdem ſeducantur.

Hoc bene advertit *Philaleta de metall. metamorph. Muſ. Herm. pag.* 774. ubi ſic ait: quibus ſophiſticationib⁹ impletus adeò mũdus conſpicitur, quòd nullus ferè tyro artis, qui non his ſeducatur, nullus ſcientiæ contemptor, qui non amplã hinc ogganiendi occaſionẽ captitare poſſit: ita tã ars ipſa, quàm cultores ejus ingenui indignè patiuntur, ob nebulonũ quorundã pravitatẽ, qui licet in arte ſint ligno ſtupidiores, ita tamen ſcribunt, ac ſi verè eſſent adepti, ſuasque liberè impoſturas promulgant, in tantùm quòd primus inextricabilis tyroni chymico labyrinthus ſit inter libros diſcernere veros & falſos: ex quo deceptores ſophiſtæ non minus ſpecioſum ædificium, quàm veri artiſtæ conſtruant, imò ut plurimùm majora pollicentur. & profectò res ita ſeſe habet, & plurimi chymici in hoc falluntur, quòd libros falſos & adulteros, omni ratione & doctrinâ vacuos pro veris & bonis ſibi coëmant. at unde hoc? inde nimirùm, quòd pſeydochymicorum libri, utpote faciliores intellectu chymiæ ſtudioſis magis arrideant, hinc ipſis etiam ſolummodò incumbunt, & omnem operam impendunt, ècontra vero genuinos philoſophorum libros, cùm obſcurè & plerumque ænigmaticè ac metaphoricè

ricè sint descripti, totaliter abhorrent, & in illis studere negligunt, atque ipsos utpote intellectu difficiles prorsùs contemnunt. qualem autem fructum isti ex pseudochymicis & sophisticis libris consequantur, hoc experientia, ad hodiernum usque commonstrat diem, dum nimirùm omnes operationes atque impensas non sine magno animi & pecuniarum dispendio solent perficere: atque hujus nulla alia est causa, quàm quòd se occupent legendo sophisticos libros, inter quos, uti bene notat *Anonymus in suo libello, quem intitulavit*: *Falx in Bifolium Pantaleonis*: primum locum occupat *Pantaleonis tractatus*, his accedunt opera omnia *Joannis Rudolphi Glauberi*: *dissertatio de tincturâ universali Gabrielis Clauderi*, & plures alij, quos idem anonymus optimè annotat, & recenset. horum scriptis pervigil benignus lector abhorreat, ut peste, in eis enim multùm arrogantiæ, parùm doctrinæ, nil veritatis inveniet. quod etiam admonet *Bernardus Comes Trevisanus* dum ait: Nisi ut pestem hosce evitaveris, nihil unquam boni degustabis in hac arte.

Quare si quis chymiæ studiosus in hâc nobilissimâ scientiâ incrementum facere desiderat; ante omnia veros & genuinos sibi chymicos libros comparare necessum habet, ut illis sedulam operam impendere possit: quoniam sine bonis libris ad hanc artem pervenire impossibile est, nisi alicui hoc arcanum & mysterium gloriosum, aut per singularem inspirationem divinam, aut per bonum amicum reveletur: hoc attestatur *Theobaldus de Hogelande theat. chym. Vol.* 1. *pag.* 139. dicendo: ita omnis luditur opera chymistis, qui nisi per philosophorum scripta bene examinata & intellecta, ex

hac

hac arte fructum aliquem percipere ſperant, niſi tam felici ſydere nati ſint, ut per vocem viventis, aut per revelationem divinam ejus ſcientiam adipiſcantur. qui aliter lapidem tentat, & caſu ſe inventurum confidit, eum inſanire, & in anticyram deportandum cenſeo.

Quàm neceſſarij igitur ſint artis Hermeticæ filio libri boni chymici, clarè ſatis conſtat; quales autẽ legere neceſſariò oporteat, ut plenariam, & fundamentalem hujus artis nobiliſſimæ ſcientiam aſſequi poſſit, hoc nunc reſtat enucleandum. Quare dico, libri de arte naturali philoſophicâ hactenus conſcripti, utpote cæteris præſtantiores, atque intellectu faciliores ſequentes mihi ſummoperè arrident, & ſunt: demonſtratio Naturæ Joannis à Mehung. Summarium Philoſophicum Nicolai Flamelli. Via Veritatis unicæ. Novum lumen chymicum Michaëlis Sendivogij ejuſdem tractatus de ſulphure & Sale. Subtilis Allegoria ſuper Secreta chymiæ Michaëlis Majeri. ejuſdem Symbola Aureæ Menſæ. Introitus apertus ad occluſum Regis Palatium Philaletæ. ejuſdem metallorum Metamorphoſis. Fons chymicæ Veritatis. Brevis Manuductio ad Rubinum cæleſtem. Vade mecum Philoſophicum. & enarratio methodica trium Gebri medicinârum ejuſdem Philaletæ. Bernardi Comitis Treviſani liber de Alchymia. ejuſdem epiſtola ad Thomam de Bononia. Egydij de Vadis Dialogus inter naturam & filium philoſophiæ. Georgij Riplæi duodecim portarum Epitome. ejuſdem quadriga Aurifera. Alberti Magni breve compendium de mineralibus. ejuſdem liber de Alchymia. Raymundi Lullij Praxis univerſalis operis. ejuſdem Clavicula & Apertorium. Turba Philo-

ſpoh-

sophorum. Arnoldi de villa nova speculum Alchymiæ. ejusdem lumen Luminum seu Flos Florum. Joannis Dee Londinensis Monas Hieroglyphica. Laurentij Venturæ liber de conficiendi lapidis philosophici ratione. Rogerij Bachonis Speculum Alchymiæ. Richardi Anglici correctorium. Arca Arcani Joannes Chortalassæi. Anonymi mysterium occultæ naturæ. Theob. de Hogelande liber de Alchymiæ difficultatibus. Dionysij Zacharij opusculum cum annotationibus Nicolai Flammelli. Joannis Aurelij Augurelli chrysopæia carmine conscripta. Divi Thomæ Aquinatis secreta Alchymiæ. Eobaldi Vogelij liber de lapidis physici conditionibus. Jodoci Greveri Secretum. Alani Philosophi dicta de lapide philosophico. Joannis Trithemij Abbatis Tractatus chymicus Nobilis. Davidis Lagnei Harmonia chymica. Aureum Vellus Guilielmi Menens. Anonymi instructio de arbore Solari. Pisces Zodiaci inferioris vel de solutione philosophica Lucæ Lodargiri. Practica de Lapide Sapientum F. Basilij Valentini. Rusticus minor cum commentariis Joannis Walchij. M. Petri Boni Ferrariensis Margarita pretiosa. Arcanum Philosophiæ Hermeticæ opus. Liber Alze de Lapide Philosophico. Aureum Sæculum Redivivum Heinrici Madathani. Hydrolithus Sophicus seu Aquarium Sapientum.

Et hi præstantissimi sunt libri chymici de Vero Elixire vitæ seu Benedicto lapide à philosophis hactenus conscripti, ac in publicam lucē emissi; quos tyroni chymico utpote summè necessarios, ac cæteris præstantiores commendatos velim, si in arte naturali phylosophicâ proficere studet, atque auream exinde messem sibi compa-

erar

rare cupit; & sciat pro certo chymiæ studiosus, si istis libris sedulam operam impenderit, & ex ijs nihilominus veram lapidis philosophici scientiam non assecutus fuerit, à Deo se esse ab hac arte remotissimum, erit profectò sentiendum.

CAPUT IV.

Demonstratur, quòd libri philosophici nunquàm ad sonum litterarum sed secundùm possibilitatem naturæ sint semper intelligendi.

MOnstratum fuit capite antecedenti, quales libros hujus artis tyro necessariò sibi comparare debeat, unde nunc ostendam, quomodo philosophici libri rectè sint percipiendi? nam non sufficit libros habere bonos ac genuinos, nisi lector illis sedulò incumbat, ac verè intelligat: non autem sibi persuadeat quispiam rem esse adeo levis & exigui momenti scripta Philosophorum bene intelligere ac interpretari cùm libri hac de scientia plerumque similitudinariè, ænigmaticè, & obscuris mataphoricis locutionibus sint descripti. Quare tyronem chymicum sincerè ac fideliter admonitum velim, ut libros philosophicos non obiter pervolvat, & ad sonum litterarum interpretetur, sed secundùm possibilitatem naturæ scripta philosophorum semper perpendat, ac intelligat.

Hoc bene annotat *Bernardus comes Trevisanus Theat. chym. Vol. 3. pag* 857. dicendo: oportet philosophorum dicta intelligere ad naturæ possibilitatem, non ad sonum verborum: nam hanc artem sub similitudinibus, fabulis, ænigmatibus, & verbis obscuris tractaverunt, & data opera occultarunt, ne indoctis, impijs, indig-

indignis patefieret. Hoc enim inprimis, & præ omnibus ſciendũ eſt in hac arte naturali philoſophicâ, inquit *Anonymus in laborat. chym. vulg. reject. cap. 5.* philoſophos intentionem ſuam dirigere ad res cæleſtes, & viſui noſtro non apparentes, quare dum de rebus loquuntur corporeis, ſemper illi res ſpirituales viſum noſtrum fugientes, atque in ipsâ rei anatomia repertas ſubintelligunt. Unde *Senior de chym. theat. chym. Vol. 5. pag.* 226. & quod dixerunt verba noſtra in manifeſto ſunt corporalia. & in occulto ſpiritualia, quæ cum audivimus, quæſivimus cognitionem hujus occulti: ſpirituale quidem occultaverunt, & manifeſtårunt per aliud res corporales. Et *Enarrat. methodicâ 3. medicin. Gebri Philaletæ pag.* 50. occultum vocitamus ſolem, quem honoramus, quia ſine ipſo arcanũ noſtrum non emendatur, & tamen iſte ſol nec videtur, nec ſcitur, nec ſentitur niſi â ſapiente, hinc profectò nulli mirum videatur, quòd infiniti chymici immenſis ſumptibus in vanum laborent, cùm ipſi ſcripta philoſophorũ ſecundùm ſyllabam tantùm interpretentur, non autem verum ſenſum percipiant, & eorum intentionem ſequantur. At unde hoc? inde namque, quòd hominum animus utpote peccatis immerſus tantùm feratur deorſum ad fæculenta, & non ſurſum ad cæleſtia, hoc Virgilius quamvis Ethnicus bene advertit dicendo:

- - - - - Facilis decenſus averni
Sed revocare gradum, ſuperasq́; evadere ad auras
Hoc opus hic labor eſt, pauci quos æquus amavit
Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Hinc videre eſt, iniquit *idem Anonymus cap. 5. circa finem.* quantum ſe ipſos decipiant chymiaſtri,

astri, qui in substantijs, materijs, & materialibus visibilibus & palpabilib⁹ laborant nescientes substantiarũ anatomias, & quid per visibile, & invisibile Philosophi scrutentur, atque cur spiritibus invisibilibus potiùs, quã corporeis materijs delectentur, quidque, quantamque hæc inter se prærogativam habeant. unde recte *Sendivogius in tract. de sulph. Mus. Herm. pag.* 631. multi tamen sunt artifices, quorum quilibet sequitur suum cerebrũ, quærunt novã naturam, novam materiã, propterea etiam inveniunt novum, recensque nihil, quia non ad possibilitatem naturæ, sed ad syllabam scripta philosophorũ interpretantur. & profectò, si ita leviter, & obviâ solummodo lectione Philosophorum scripta possent intelligi, oh qnot lapidis Benedicti fierent possessores!

Hæc igitur cùm ita sint, unde omnes & singulos philosophiæ chemicæ studiosos fideliter admonitos velim, ut hoc sibi, utpote notatu dignum comendatum habeant, libros Philosophicos nunquam ad sonum verborum seu ad syllabam, sed secundùm naturæ potentiam semper & esse considerandos & intelligendos: nam uti fatur *Lux obnubil. suapt. nat. refulg. pag.* 132. secundùm sonum litteræ laborare est mera bestialitas. quare concludo cum Sendivogio, Nolite in lectione meorum scriptorum semper inhærere syllabis, sed legendo utique considerate naturam & ejusdem possibilitatem.

CA-

CAPUT V.

Quid sit aurum potabile Philosophicum, & quomodo differat à vulgari auro potabili, & cur philosophicum lapis vocetur?

MUlti quidem opinantur aurum potabile philosophicum esse illud, quod vulgares chymici varijs suis menstruis & spiritibus corrosivis ex auro vulgi extrahunt; sed profectò hi procul errant, nam omnes unanimiter attestantur philosophi, ex auro vulgari, verum & genuinum aurum potabile philosophicum præparari minimè posse: asserunt enim aurum nostrum, non est aurum vulgi, nostrum vivum est, vulgare autem mortuum, quod spiritum suum jam amisit, & per ignem fusionis deperdidit. cùm itaque aurum vulgi materia seu subjectum philosophorum non sit, uti inferiùs cap. 14. succinctè demonstrabitur, nec consequenter ex illo verum illud elixir vitæ sive philosophicum aurum potabile præparari poterit, hoc clarè patet *ex Theob. de Hogelande qui in proœmio theat. chym. vol.* 1. *pag.* 116. sic inquit. Philosophorum hujus artis intentio est virtutem quandam mineralem è purissimo auri, argentique semine artificialiter, naturæ tamen beneficio & juvamine in formâ subtilissimi pulveris, albi vel rubei producere, qui propagari possit in infinitum & potestatem habeat argentum vivum, & reliqua metalla vilia in momento penetrandi, & ab omnibus impuritatibus mundandi, nec non ad perfectiorem statum, auri videlicet & argenti perducendi: & corpus humanum infirmum restituendi & ad verum temperamentum revocandi, aut sanum ad terminum à

 Deo

Deo præfixum in sanitate conservandi. Et hoc est verum illud Elixir vitæ, cum quo primus noster parens Adamus noningentos annos protraxit, uti attestatur *Gloria Mundi Mus. Herm. pag.* 296. *nisi miser iste homo Adamus summum illud mysterium naturæ novisset, nec lapidem Philosophorum habuisset, non certò trecentos, multo minùs noningentos plus ultra annos vixisset.* hæc est medicina illa adeo pretiosa & famosa, per quam veteres philosophi, & ante ipsos sanctiPatriarchæ corporis sui valetudinem, longævam vitã, ingentesque sibi divitias comparârunt. uti bene annotat *Aquarium Sapientum Mus. Herm. pag.* 76. admirandum & secretum hoc subjectum probi, peritique philosophi summâ diligentiâ & studio tamdiu investigârunt, donec illud, illiusque nobilem usum invenerunt, quo per omne vitæ suæ tempus sese recreârunt & conservârunt; idem hoc mysterium magnum, & subjectum omnis mirabilitatis ante ipsos omnes quoque sancti Patriarchæ verè sciverunt, & habuerunt, atque absque omni dubio Adamo Trismegisto â Deo ipso revelatum, monstratumque fuit, idque omnes Patriarchæ ab ipso (Adamo) hæreditario jure acceperunt, & ex illius viribus corporis sui vatetudinem, longævamque vitam, ac simul ingentes divitias impetrarunt, atque consecuti sunt. idem *pag.* 97. inquit. Noachus enim, arcæ exstructor & Moyses, qui tabernaculum & aurea in eo vasa, quemadmodum etiam Salomon in honorem Dei templum, & multa alia præclara opera, & omnis generis ornamenta, & ingentia alia facta perfecit: longam suam vitam, ingentesque divitias, eo ipso impetrâsse dicitur. hoc est verum & genuinum illud

illud aurum potabile philoſophicum, cum quo Philippus Theophraſtus in graviſſimis & deſperatiſſimis morbis tam miranda præſtitit, uti atteſtatur ejus Epitaphium Salisburgi in Noſocomio apud S. Sebaſtianum ad templi murum lapidi inciſum, adhuc hodie viſendum. *Conditur hic Philippus Theophraſtus, inſignis medicinæ Doctor, qui dira illa ulcera, lepram, Podagram, hydropiſim, aliaq; inſanabilia corporis contagia mirificâ arte ſuſtulit, ac bona ſua in pauperes diſtribuenda, collocandaq; honoravit.* Hæc eſt tinctura illa celeberrima, per quam veri Philoſophi mercurium vivum, cæteraque imperfecta metalla in puriſſimum aurum & argentum transmutârunt. & hæ ſunt propietates atque virtutes genuini auri potabilis ſapientum: ex quibus clarè conſtat, quàm ingens ſit diſcrimen inter vulgare aurum potabile, & philoſophicum, tanta profectò eſt differentia quanta inter diem ac noctem, non ſolùm quoad materiam, verum etiam quoad præparationem & virtutes: hoc exinde patet, vulgare aurum potabile aquis fortibus & ſpiritibus corroſivis extrahitur, philoſophicum ſine corroſivo præparatur, imò ita ſuaviter & naturaliter ſolvitur, ſicuti glacies aquæ calidæ beneficio liqueſcit. illud aliquos tantummodo morbos curare & depellere poteſt, hoc verò non ſolùm quaſcunque humani corporis infirmitates etiam deſperatiſſimas profligat, verùm etiam ipſam lepram metallorum extirpat, atque omnia imperfecta metalla in puriſſimum aurum & argentum transmutat: de quo nullum omninò eſt dubium, uti omnes aſſerunt philoſophi, & *cap. 6.* clariſſimè probabitur: cur autem Philoſophi hanc adeo nobilem æquè hominum

num, ac metallorum medicinam universalem, lapidem appellârint, inter cæteras rationes sequentes invenio apud *Theob. de Hogelande in proœmio theat. chym. Vol.* 1. *pag.* 117. compositum philosophorum vocatur lapis, ex eo quòd res, ex quibus componitur, habent similitudinem ad lapides, & ex eis creatur lapis benedictus. item ex eo dicitur lapis, quòd vias ignarorum lubricas faciat ad offensam corporis & animæ, similitudine ductâ ab eo, quòd sicut impingens in lapidem læditur, ita qui inconsultè sese chemicis immiscet, jacturam facit bonorum suorum, & corpus & animum affligit. artem verò negantibus & impossibilem credentibus est lapis offensionis. præcipua verò ratio, cur philosophi hanc rem lapidem nominarint vel lapidi æquiparaverint, habetur in *Aquario Sapientum Mus. Herm. pag.* 83. & hæc est, quod illius materia ab initio, tanquam minera ex terra verè lapis sit, quoniam dura atque sicca est, quæ seu lapis contundi ac teri, & postquam in tria principia (quæ natura ipsa conjunxit) resoluta fuerit, ex ijsdem denovo in fixum ad instar ceræ fusibilem lapidem artificiosè secundùm legem naturæ coagulari ac digeri necessum habeat. atque hæc de auro potabili philosophico, ejus proprietatibus, virtutibus, ac differentia Philosophici â vulgari dicta sint, de cujus usu, cùm omnes Philosophorum libri sint referti, lector benevolus eorundem scripta videre poterit.

CA-

CAPUT VI.

Demonstratur Ratione, Authoritate, atque Experientiâ aliorum, transmutationem metallorum, & artem faciendi lapidem Philosophicum esse verissimam.

ETsi quidem veri, adeptique Philosophi Alchymiæ seu artis naturalis Philosophicæ omnimodam veritatẽ potiùs occultare, quàm demonstrare conati sint, nihilominus ego hodierno die contrarium planè faciã, & hujus artis infallibilem certitudinem, tum rationibus tum authoritatibus, tum etiam habitâ experientiâ virorum fide dignissimorũ succinctè demonstrare conabor; & quidem præcipuè ex eo fine, ut Tenebriones illi aliàs adeò docti videri volentes, qui transmutationem metallorum fieri posse negant, atque artem naturalem philosophicam ê rerum possibilitate prorsus eliminare volunt, convincantur, & confundantur; tum etiam, ut illi qui transmutationem metallorum, sive alicujus imperfecti metalli in auri vel argenti conversionem per artem magicam, aut etiam diabolicam fieri dicunt, errores suos emendent, & sapere incipiant. Possibilem autem, imò verissimam esse artem faciendi lapidem philosophorum, qui omnia imperfecta metalla in purissimum aurum, & argentum transmutare possit, hoc in primis ratione probatur, & clarissimè demonstrat Joan. Zwelfer Palat. & Med. Doct. qui in sua pharmocopæa Regia seu Mantissa spagyr. pag. 325. sic inquit. dico possibile esse arte purè naturali confectionem *lapidis Philosophorum*, seu *tincturam*, quæ omnia metalla in aurum, argentumque substantialiter tingat, ac pro-

projectione suâ finitè in infinitum multiplicet; quod probo: nulla potest hujus nec ex parte naturæ, nec ex parte hominis, nec ex parte subjecti, seu seminis aurifici, nec omnium horum reduplicativè sumptorum dari implicantia, ergo naturaliter possibilis est chrysopæia.

Confirmatur conclusio: defacto in visceribus terræ naturaliter aurum seminaliter propagatur, ergo ratio hujus propagationis, & seminij utpote purè naturalis â Philosopho comprehendi potest, & arte adæquari, utpote quam multi imitati sunt, nisi unâ denegatione plus derogare velis, quàm centum philosophi possint affirmare, quod cujusvis obvij est. hæc ille. Concordat in hac re *Margarita pretiosa M. Petri Boni theat. chym. Vol. 5. pag. 547.* ita loquens. omne imperfectum, & incompletum, quod alteratur secundùm aliquid versus perfectam rem ejusdem generis, & completam â suis componentibus & perficientibus, potest etiam alterari magis, & iterùm magis, & per consequens maximè scilicet usque ad ultimum, cum transmutatione ejus, in rem perfectam & completam ejusdem generis: sed metalla imperfecta sunt hujusmodi in arte Alchemiæ, in comparatione ad aurum & argentum: ergo metalla imperfecta possunt converti in perfectum & completum aurum & argentum: ergo ars Alchemiæ est possibilis & vera.

Probatur ulteriùs hujus artis veritas Authoritatibus philosophorum: sic enim *Anonymus in tract. aur. de lap. philos. in procem. Mus. Herm. pag. 6.* asserit. Neque de veritate aut certitudine ejus (scilicet artis) ullus dubitabit, siquidem illa tam vera, tamque indubitatè

âDeo

à Deo in natura ordinata eſt, quàm verè ſol lucet interdiù, lunaque noctu ſplendorem ſuum emittit. & *Suidas Philoſophus theat. chym. Vol.* 1.*pag:* 19. chemia eſt auri & argenti confectio, cujus libros Diocletianus perquiſitos exuſſit, ex eo quòd Ægyptij res novas contra Diocletianum moliti fuerint, duriter atque hoſtiliter eos tractavit, quo tempore etiam libros de chemia auri & argenti â veteribus conſcriptos conquiſivit, & exuſſit, ne deinceps Ægyptijs divitiæ ex illa arte contingerent, nevè pecuniarum affluentiâ confiſi impoſterùm Romanis rebellarent.

Michael Sendivogius quoque in *tract. de ſulph. Muſ. Herm. pag.* 641. ſic dicit. Nos autem indignis hanc artem nihil eſſe concedimus, virtutis verò amatoribus filijsque doctrinæ, ſummoperè illam commendamus, veramque eſſe, & omninò veriſſimam affirmamus. quam aliquoties coram viris eo ſpectaculo dignis, magnæ & infimæ conditionis hominibus, re ipsâ comprobavimus. hæc ipſe. ex quibus clarè patet, quod transmutatio metallorum vera & poſſibilis ſit: Neque dicat hìc aliquis, â morte Theophraſti ex publico ſaltem ſcitu nullus comparuit, qui ſeſe lapidis aurifici poſſeſſorem jactitâſſet, ergo ars Philoſophica non eſt vera: mala profectò hæc eſt conſequentia: cupis autem hujus ſcire rationem, cur nullus in publico foro ſe eſſe adeptum velit jactitare? en cauſam aſſignant ipſi Philoſophi, nã expreſsè dicunt, quòd plerumque in magna pericula inciderint, quotieſcunque ſeſe magnatibus manifeſtare voluerunt. hæc enim ſcientia publicum ſupterfugere debet: unde non mirandum eſt, quòd nullus philoſophorum adeptorum ſeſe lapidis au-

ifici possessorem velit gloriari. Demonstratur ulteriùs omnimoda hujus artis veritas ex consensu diversarum gentium, & nationum: nec enim Latinorum solùm sed & Græcorum, Ægyptiorum, Arabum, Chaldæorum, Gallorum, Hispanorum, Anglorum, Italorum, Germanorum, Ungarorum, de metallorum metamorphosi, quotidiè curiosorum hominum manibus teruntur monumenta. quod *Michael Maierus in symb. aur. mens. duodecim nationum* optimè annotat. sic Hermes Princeps, ac pater omnium Philosophorum fuit Ægyptius. Maria Prophetissa Hebræa. Democritus Græcus. Morienus Romanus. Avicenna Arabs. Albertus Magnus Germanus. Arnoldus de Villanova Gallus. D. Thomas Aquinas Italus. Raymundus Lullius Hispanus. Rogerius Bachon Anglus. Melchior Cibinensis Ungarus. Anonymus Sarmata. & hi omnes (quanquam linguis dissonis) clamant hanc artem esse verissimam. Neque antedicti solummodò, sed & infiniti alij, de quibus certò constat, quòd lapidem Philosophicum habuerint, uno quasi ore hanc artem verissimam affirmant. ex quibus præcipuos tantùm in medium nominetenùs afferam, & recensebo, suntque sequentes.

Adamus primus noster Parens. Moyses. Noachus. Salomon & plurimi sancti Patriarchæ, uti priore capite insinuatum est: Pythagoras quoque. Alexander magnus. Plato. Anaxagoras. Socrates. Aristoteles. Zeno. Heraclitus. Dedalus. Diogenes. Geber. Rasis. Archelaus. Calid. Haly. Artephius. Astanius. Arisleus. Pandolphus. Eximenus. Parmenides. Zimon. Mundus. Theophilus. Diamedes. Bonellus. Serapion. Constantius

ſtantius. Senior. Alanus. Ægidius de Vadis. Iſaacus. Holandus. Johanes Deè Londinenſis. Laurentius Ventura. Auguſtinus Pantheus. Richardus Anglicus. Rupeſciſſa. Augurellus. Virgilius. Eobaldus Vogelius. Roſarius Major. Roſarius Minor. Theophraſtus. Fr. Baſilius Valentinus. juſtus â Balbian. Jodocus Greverus Alphonſus. Lucas Rodargirus. Robertus Vallenſis. Joannes Chryſippus. Theobaldus de Hogelande. Petrus Bonus Ferrarienſis. Joannes Trithemius Abbas. Chriſtophorus Pariſienſis. Ortholanus. Guilielmus Tecenenſis. Joannes de Lasnioro. Guilielmus Menens. Bernardus Comes Treviſanus. Dionyſius Zacharias. Henricus Madatharius. Michael Majerus. David Lagneus. Lambſprink. Pontanus. Joannes â Mechung. Chortalaſſæus. Flammellus. Riplæus. Philaleta. Walchius. Sendivogius. Nuyſement. Thomas Nortonus. Cremerus Abbas. Dantinus. Guilielmus Pariſienſis. Hamuel. Janus Lacinius. Joannes Fernelius. Marcellus Palingenius. Michael Scotus. Mirneris. Philippus de Rovelaſco. Roſinus & alij complures, uti optimè annotat *Michael Maierus in Symbolis aureæ Menſæ*, ubi ipſe ultra trecentos Philoſophos, qui artem hanc verè ſciverunt, enarrat. Quemadmodum nullum omnino eſt dubium, quòd adhuc hodiernâ luce aliqui qui per Dei gratiam illius ſunt participes, illâque arcano ſub ſilentio quotidie fruuntur, inveniri poſſint. Poſſibilem igitur, & veriſſimam omnino eſſe artem transmutationis métallorum res ulteriori non indigebit demonſtratione, cùm experientia fidem faciat, & oculati teſtes ubique ferè terrarum confirment. Theophraſtum enim Paracelſum verum lapidis aurifici fuiſſe poſſeſſo-

rem, totus clamitat orbis, atque hoc tempore Magni Rudolphi Imperatoris austriaci indubitatè apud omnes percrebuit. in hujus quoque rei veritatem de existente in rerum naturâ lapide philosophico testimonium affert *Helmontius*, quamvis non adeptus, *de vita æterna pag.* 950. ubi sic scribit. enimverò vidi illum aliquoties, meisque contrectavi manibus, erat enim coloris æqualis croco in pulvere, ponderosus tamen & micans instar vitri pulverati: datus mihi semel fuerat de eo quadrans unius grani, voco autem granum sexagesimam partem unius unciæ, hunc ego quadrantem chartâ involutum projeci super uncias octo argenti vivi fervidi in crucibulo, & confestim totus hydragyrus cum aliquanto rumore stetit â fluxu, congelatusque recedit instar flavæ ceræ, post fusionē ejus flante sole repertæ fuerunt octo unciæ auri purissimi granis undecim minus. facto igitur computo unicum granum istius pulveris convertit 19200. impuri ac volatilis metalli in purum aurum. inter terrena ergo reperitur præfatus pulvis, qui ferè in infinitum metallum impurum transmutat in aurum optimum, sibique uniendo ab ærugine, rubigine, carie & morte defendit. Hæc ille. atque hanc artem esse verissimam testis omni teste major habetur Augustissimus Ferdinandus Tertius, qui manû propriâ beneficio unius grani tincturæ Philosophorum mediam libram argenti vivi in aurum transmutavit, & in monetæ formam pro perpetuâ rei memoriâ redegit, cum hac inscriptione ex una parte: *Divina Metamorphosis exhibita Pragæ* 15. *Januarij Anno* 1648. *in præsentia Sac. Cæs. Majestatis Ferdinandi Tertij.*

Alterius partis hæc erat inſcriptio: *Raris hæc ut hominibus eſt ars, ita raròin lucem prodit: laudetur Deus in æternum, qui partem ſuæ infinitæ potentiæ nobis ſuis abjectiſſimis creaturis communicat.* cujus Numiſmatis aurei veram idæam & delineationem *Joannes Zwelfer in pharmocopaia regia pag.* 329. & *Friderici Helvetij Vitulus aureus Muſ. Herm. pag.* 830. exactiſſimè habet impreſſam, quos benignus Lector locis citatis adire poterit. Hæc cùm ita ſint, quis igitur ſanæ mentis homo de hujus artis omnimodâ veritate, & fundamentali certitudine amplius dubitabit, atque hanc ſcientiam meram naturalem vel potiùs ſupernaturalem & divinam pro mero figmento habebit? cùm ratio doceat, experientia atteſtetur, & graviſſimi ac doctiſſimi viri aſſerant hanc artem transmutatoriam poſſe fieri: iniquum & ſtultum eſt, inquit *Laurentius Ventura*, negare ipſam artem non eſſe veram, etiamſi nulla ratio aut experientia non atteſtetur & comprobet. Propterea bene dixit Morienus; multa eſt diſtantia inter ſapientem & inſipientem, inter cæcum & videntem, & idem eſt judicium inter malè operantem & neſcientem. concluditur ergo ex his, quòd ars transmutationis metallorum ſit veriſſima, uude licet pauciſſimi tincturam Philoſophorum conficiant, in rerum tamen natura poſſibilem non eſſe minimè eſt dicendum.

CAPUT VII.

Quid de Vagabundis chymicis, eorumque particularibus ſit ſentiendum? & an dentur particularia extra viam univerſalem.

MOnſtratum fuit capite priori, quòd ars transmutationis metallorum & confectio lapidis philoſophi

loſophici vera omnino ſit, quare nunc videndum, qui de pſeudochymicorũ operationibus, eorumq́ue particularibus cenſeant philoſophi? Plurima etenim ad conficiendum aurum & argentum, ſe ſcire particularia jactitant delirantes vagabundi chymiaſtri, atque cum ſuis farinæ receptis & obfuſcatis proceſſibus totum circumeunt orbem: hinc tot alchemiſtici proceſſus & recepta, uti vocant, cementa pars cum parte, tincturæ ſophiſticæ, gradationes, coagulationes, fixationes, dealbationes, & aliæ infinitæ deceptiones in mediũ proceſsére; quæ etſi primo intuitu ſpeciem quandam, & umbrã veritatis præſeferre videantur, tamen in fine operam, laborem, ſimulq́ue aurum & argentum perdunt illi, qui talibus ſophiſtis & impoſtoribus aures præbent, ac fidem adhibent. hoc bene advertit *Magarita pretioſa M. Petri Boni theat. chym. Vol. 5. pag. 559.* dicendo. deceptores etiam ac baractores quàm plures reperiuntur, dicentes ſe poſse facere verum aurum, & argentum, & quàmplura commiſcent, & imponunt aurum vel argentum pulveriſatum, & denigratum, ut non noſcatur, & qui diſcere volunt, hoc non perpendunt, & in conflatione remanet aurum, vel argentum verum, quod impoſuerunt, & extorquent pecuniam ab eis, & ob hoc, cùm ſentiunt ſe deceptos, arguunt artem hanc eſſe baratatoriam. Nôrunt etenim tales nebulones infinitos penè modos, ac ſtrategemata, quibus ipſi omnis ſtatûs & conditionis homines, & doctiſſimos etiam aliàs viros perbellè decipere aſſolent; hoc optimè inſinuat *Anonymus in laborat. chym. Vulg. cap.* 4. ubi ipſe author plurimas pſeudochymicorum impoſturas, & defraudationes in medium profert, ac recen-

cenſet: & Adamus â Lebenwald in tract. 4. Von
eß Teufels Lüſt vnd Betrug in der falſchen Alchy-
iſterey vnd Goldmacher-Kunſt pag. 121. quos
ctor benevolus hac de re dignè legere poterit. & hinc
rofectò etiam factum eſt, quòd Alchimia ars tam no-
ilis, & ſcientia purè naturalis ob nebulonum quorun-
am pravitatem, & nequitias pro mero ludibrio & de-
eptione habeatur, ac credatur, indeſinentiq́ue calum-
iantium odio & opprobijs exponatur: imò plurimi
tiam chymiam tanto odio habere cæperunt, ut ipſius
olo inaudito nomine inhorreſcant, & ſubinde vomere
ogantur, quod ſanè non parùm dolendum eſt.

De talibus autem Vagabundis Chymiaſtris proceſ-
um venditoribus, & particulariſtis rectiſſimè ſcribit
Pharamundus Rhumelius in *jatrio chym. pag.. 368.*
ibi ſic ait. Hieher gehören auch die Waganten vnd
hergeloffene Particulariſten / ſo ſich Alchimiſten
vnd Goldmacher nennen / vnd groſſe particularia
vnd augmenta (vmb Geld zu verkauffen) vorgeben/
wann ſie ſich nun (vnter dem Schein groſſer
Heiligkeit) in die Häuſer eingeſchlichen vnd einge-
logen/ da findet ſich manichmahl/ daß ſie ihr Kunſt
an der Magd oder Dochter practiciren / daß man
hernach das aurum vivum oder lebendige Gold in
der Wiegen/ vnd das facit in der Krippen findet /
oder aber ſolche ehrbahre Chymiſten raumen die
vngekehrte Bänck fleiſſig ab/ vnd ſpillen das Ver-
ſchwinden in groſſe Taſchen / wann ſie dann ihrer
Schantzen wargenommen / vnd dem Herrn den
Beutl geraumet/ da ſchleichen ſie heimblich davon /
wie ein Katz auß dem Tauben-Hauß / oder ſolche
Ge-

Gesellen dörffen noch wol so verwegen seyn/ (vn ihre Buberey zu beschönen) den ehrlichen Hauß-Vatter noch darzu für Rath vnd Recht vmbzuziehen (als ob er vil von ihnen gelehrnet/ oder der Kunst nicht werth) oder aber sonstē betrügliche Schelmen-Stücklein fürzubringen / dardurch sie ihme ein Kletten anhängen / auch wol in eine Schand vnd Spott bringen/ sie aber gerecht bleiben / vnd heist dann gemeiniglich : wer den Schaden hat / der muß auch das Gespött haben. Hæc ille. De similibus impostoribus, sycophantis, & deceptoribus quoque recordatur *Adamus à Lebenwald in tract.* 4. Von deß Teufels Lüst vnd Betrug in der falschen Alchymisterey pag. 7, sic inquiens. Ich wil aber dise einfältige Tropffen beyseits/ oder in dem Vorhauß eines laboratorij sitzen lassen/ vnd die jenige über die Hächel ziehen/ welche als verschalckte Gesellen/ vnter dem Schein der Heiligkeit/ ja gar mit Religiosen Habith vermummet/ einschleichen / gantz guldene Berg versprechen/ in lauter Demuth herumb gehen/ bald einē Rosenkrantz/ bald ein Betbüchlein/ bald ein characteristische Alchymisten-Schrifft in dē Händē tragē / die Augen aber heimblich auff das Geld/ oder wol auch auff die Minervá, oder Minerá Veneris werfen/ vnd gar offt nicht ein aurum potabile, sondern plorabile hinter sich lassent mit dem Mercurio an den Füssen Fligel bekomen vnd flüchtig werden.

Hoc idem de vagabundis Alchymistis & particularistis rectè insinuat *Robertus Vallensis de verit, & antiq. art. chem. Theat. chym. Vol.* 1.*pag.* 13. dicendo; Faxit autem Deus Opt. Max. ne perniciosè incidas

las in manus & laqueos iſtorum impoſtorum, qui circa res inutiles, vel fortaſſe prohibitas, tincturas albas, aut rubras ſophiſticas, augmentationes, multiplicationes, & extractiones auri (ut falsò loquuntur) operam ſuam miſerè ludunt, ſcienter & malitiosè plebem paſſim, cui multa vel aureos montes pollicentur, fallentes. Varijs enim, & vanis laboribus ſophiſticis facultates ſuas, & aliorum conſumunt, falſis, periculoſis, damnoſis, ac ſophiſticis ſtudijs praxeos, & mille impoſturis tranſigunt ævum, omnemque vitam deterunt, quorum nonnulli pocula, alij fortunas, alij luxus, alij honores, alij turpiſſimas libidines ſequuntur. unde malè audit aliquando apud multos illa vera, naturalis, rara, abdita, ac divina ars chemica, imò ſcientia tam ſupernaturalis, ita ut illuſio & mera deceptio habeatur, & credatur. Iſtos nebulones, ſycophantas, impoſtores, ſophiſtas nihili facias, aſperneris, & longe arceas ab animo tuo, qui profectò Philoſophi Chemici vocabulo digni non ſunt: quin potiùs ſynceros ſive probatos libros chemicos, Philoſophiamque ipſam naturalem diu, multùm, & anxiè, non lucri aut gloriæ gratiâ prorſus amplectaris & evolvas. Quod pariter optimè annotant verſus ſequentes Vulgares:

Non fidas chymico, qui deſtillaverit æra
Ex ciſta, ſi tu cautus es, ergo cave.
Si non vis damnum Sanna ſentire nefandum.
Auffuge tunc tantos improbitate viros.
Simplicis ingenij ſequere, & pietate modeſtos,
Non tumidos: laus eſt poſſe, bonoq; frui.

Atque hæc de Vagabundis Chymiaſtris, ſycophantis, & proceſſuum venditoribus doctiſſimi viri non immeritò

meritò censent: quare nunc etiam videndum est, quid de ipsis particularibus sit sentiendum, & an dentur particularia vel non extra viam universalem, vel Benedictum lapidem Philosophorum? audiamus igitur *Joan. Pharamundum Rhumel.*(quamvis non sit adeptus) *in antidot. chym. pag.* 249. ita loquentem. Das Geschrey ist sehr groß hiervon / so wol auch von den Particularibus, da ich doch mit Warheit sagen kan / daß ich keinen einigen jemahls gesehen / der etwas gewisses vnd mit Nutzen davon erweisen können / ich bin manchem / der etwas hat wissen wollen / zu Lieb einen sehr weiten Weg nachgereiset / hat doch letzlich geheissen:

Minuit præsentia famam.

Will hiemit männiglich gantz treulich gewarnet haben / daß sie alle Particularia fliehen wie Gifft / dann alle Particularia seynd falsch vnd Lügen: wer es aber defendiren vnd verthaidigen will / der erweise mir nur dißmahl ein einige Prob mit Nutzen / so wil ich ihm einen Widerruff thün / vnd überwisen seyn. Dann wann ein particular Wahr wäre / ich wolte doch einmahl nur das geringste erlanget haben / der ich mir keine gefährliche Reyse / Mühe / Kosten vnd Arbeit nicht dauren lassen. Ja in Mineralien / vnd allen Metallen hab ich laborirt. Auch die Vegetabilia / vnd Animalia hab ich durchsucht. Vil Bergwerck vnd Ertz-Gruben habe ich durchfahren. Manchen Stollen vnd Berggang hab ich durchkrochen / Winckel hab ich alle durchstürmet. Vil gelehrte Leuth vnd Künstler hab ich besucht / vnd mit ihnen Kundschafft ge-

acht. In Summa, wo sich nur Kunst gereget hat/ o hab ichs auch wissen müssen / ward aber doch lles vergebens. Ist also noch wahr / und bleibt uch wahr / wann einer ein particular wüste / er ürde sich wol selbst reich machen / und es niemand nderst anbieten. Experto crede Ruperto. Wer un übrig Geld hat / der lasse ihn keinen Schmä- er betriegen/ sondern diene damit den Armen und Dürfftigen / seinem Nechsten / der wird ihm viel Gold und Silber im Himmel samblen/und einen olchen Schatz / der ewiglich bleibet. Nam pietas obilitat, und wer die pietatem hat/ der hat Gold nd Silber genug.

Hæc Pharamundi Rhumelii de ipsis particularibus censura est, ac judicium, cujus opinionem aliquanulùm limitatam velim, quoniam particularia dari osse minimè nego, maximè cùm Chortalassæus in rca arcani de particulari summo Rustici mentionem aciat; atque hoc idem etiam Joannis Walchii Comnentaria über den kleinen Bauren confirmant. interim tamen me minimè latet, paucissima extra viam niversalem dari particularia, imò plurimi Philosophi a totaliter & absolutè negant, nisi ipsa ex fonte uniersali originem sortiantur. Sic enim *Michael Sendivogius in tract. de Sulph. Mus. Herm pag 630.* expressè æc habet formalia: errant itaque omnes qui dicunt liquod particulare extra hanc unicam viam, & naturalem materiam verum esse: etenim non habetur ramus, nisi ex trunco arboris: impossibile est, & fatuum, amum priùs quàm arborem producere velle: facilius st ipsum lapidem conficere, quàm particulare aliquod

etiam simplicissimum, quod sit utile, & in examinatione cum naturali persisteret. & paulò infra.

Bene quidem particularia fieri possunt habitâ arbore, cujus surculi variis arboribus inseri possunt; sicut habita unâ aquâ variæ sortis carnes decoqui possunt in ea, & secundum carnium diversitatem jusculum saporem habebit, sed hoc ex eodem fundamento. hæc ille: cùm igitur, amice lector, compertum sit, quòd paucissima dentur particularia, præterea etiam facilius sit lapidem ipsum philosophicum conficere, quàm particulare aliquod simplicissimum, quod esset utile: quare omnes & singulos Philosophiæ Chemicæ Studiosos, & artis Hermeticæ filios admonitos velim, ut longè arceant ab animo suo, ac ut pestem fugiant vagabundos chymiastros, deceptores sophistas, & particularistas, neque frustra tempus, & laborem, simulque pecunias in conficiendis particularibus deperdant, sed potiùs ad opus ipsum universale indagandum studeant, atque sedulam operam impendant.

CAPUT VIII.

Demonstratur quòd magisterium lapidis philosophici sit partim artificiale, partimve naturale, & quod tam ars, quam natura ad lapidis generationem necessario concurrere debeat.

ASserunt quidem Philosophi, opus eorum esse prorsus naturale, item esse opus naturæ & nõ artificis; quod tamen non litteraliter seu ad sonũ verborũ intelligendum est, quasi nulla requiratur manualis operatio artificis! si etenim hoc verum esset, natura utique in visce-

viſceribus terræ, ſeu metallifodinis lapidem philoſophicum deberet conficere, quem tamen ſine artificis induſtriâ, labore, & operatione manuali facere minimè poteſt, uti atteſtatur ipſa experientia: quamvis enim Natura metalla generet, tincturas tamen generare nequit; quoniam natura perficit ſuum gradum, quem naturaliter perficere poteſt, niſi ipſa fuerit impedita: Sed in materiâ Philoſophica natura defecit, (ob plurima etenim impedimenta ſuam perfectam operationem perficere nequivit) ergò quatenus Artifex ejus auffert obſtacula, materiamque Philoſophicam debitè præparat, purum ab impuro ſeparat, atque ſemen aurificum ad vegetandum ritè diſponit, eatenùs artificiale non immeritò opus Philoſophorum poterit nuncupari. Et ideò etiam dicitur, quòd ars imitetur, & adjuvet naturam: Nam uti dictum, natura quidem metalla generat, tincturas tamen generare nequit: quamvis benè tincturam in ſe plenam contineat occultè.

Hoc benè inſinuare videtur *Joan. Walchius in Commentar.* über den kleinen Bauren *pag.* 141. dicendo: Der Artiſt thuts der Natur nach / vnd hält ihren proceſs, ohn allein daß er es in allen Stucken weiß zu verbeſſern / die Natur zu corrigiren / vnd zu veredlen. Iſt demnach in diſem Fall über die Natur / vnd Meiſter der Natur; dann er ſeine Werck / auß der Natur Fundament vil höher außführt / dann die Natur / welche ihr ſelber in vilen Stücken nit helffen kan: die Krafft ſteckt wol in ihr / ſie hats aber vilmahlen nit außzuführen / dann ſie mangelt der Ration: dann du nie gehört haſt / daß

daß die Natur jemahlen den Lapidem Philosophorum, oder formam auri gebohren hab. Hæc ille, unde benè Philosophus inquit: Natura continet in se, quibus indiget, & non perficitur, nisi moveatur arte, & operatione. Ex ante dictis igitur clarè patet, quòd confectio Lapidis Philosophici rectissimè artificialis ex una parte possit nuncupari.

Quòd autem eadem Lapidis generatio, naturalis prorsus operatio debeat appellari, exinde conjecturari licet, quòd Artifex, postquam materiam Philosophicam debitè præparavit, rectè disposuit, nec non purum ab impuro separavit, nullam ampliùs adhibeat operationem manualem, totum opus unicæ committat naturæ. Atque hoc ita se habere clarissimè demonstrat *Joan. Walchius in Comment.* über den kleinen Bauren pag. 72. ubi hæc expresse habet formalia: So irgend ein natürlich Ding auf der Welt ist / so ist die Außfertigung / vnd das Magisterium vnsers Philosophischen Steins natürlich / und nicht eines Menschen / sondern gantz der Natur Werck: Der Artist thut nichts darzu / ohne allein / daß er die Natur ins Wachsen richtet (wie ein jedwederer Bauer oder Rebmann / mit seinen Früchten vnd Pflantzungen auch thut) alle Verhinderungen / wie gemeldt / auß den Füssen raumbt / vnd so spitzfindig am Verstand ist / vnd so grosse Gnad von GOtt hat / daß er derselbigen Gang regieret / vnd / wann vonnöthen / ein Gebiß einlegt.

Idem pag. 110. sic inquit: Der Artist dienet allein der Natur / vnd hilfft ihr um so vil / daß er alle

alle Sachen Anfangs disponiert / was gleichsam todt vnd still lag / richtet er ins wachsen / vnd hilfft ihr zum motu, läst nachmahln der Natur ihren Gang / vnd gibt ihr gebührlich foment, biß zu seinen bestimbten termin. Hæc ille.

Hinc etiam dixerunt Philosophi, opus eorum non esse artificiale, sed prorsùs naturale, uti benè notat *Lux Obnub. Suapt. Nat. Refulg. p.* 50. est opus Philosophorum non chymiculorum, est opus naturale, non subtilitas artis, naturam priùs discere oportet, quam descriptam pluribus locis lector invenies: at tuum est rosas à spinis separare, si deest tibi spiritus, quid juvat librorum copia, abundantia Doctorum erit confusio, non scientia, erit perditio, non acquisitio sapientiæ. Et *Demonstr. Nat. Joan. à Mechung Mus. Herm. p.* 156. obsecro te, ut cognoscas, quòd res altæ etiam ab alto proveniant, à me (nempe Naturâ) & Deo videlicet, neque existimes, quòd artificiosus manuum labor tam perfectus sit; quàm naturalis, nimis siquidem nudus est, & Simiæ instar me in omnibus imitari conatur.

Ex quibus constat, quòd opus Philosophorum sit partim artificiale, partímve naturale, & quòd tam ars, quàm natura ad ejus generationem necessariò simul concurrere debeat: Neque enim Lapis Philosophicus à sola naturâ sine artificis auxilio, debitâque materiæ præparatione, ac dispositione, neque à solo artifice sine operatione naturæ perfici ullo modo potest. quod optimè insinuat *Demonstr. Nat. Joan. à Mechung. Mus. Herm. pag.* 159. Lapis Philosophorum nullo modo, nisi per naturalem artem, humanamque scien-

scientiam, quæ hic auxilium præstat inveniri poterit, liberè nunc tibi dico, quòd tu laborator sine me (scilicet naturâ) opus haud possis perficere, quòdque absque te, tanquàm ministro meo, in eo nihil & ego quoque queam efficere: per me, & te verò opus brevi tempore lucraberis. Et *Bernardus Comes Trevis. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 697. Est igitur generationis causa prima naturalis, & secunda solùm artificialis, quæ posterior absque priore nihil efficit, frustrà namque cultivatur terra ad messem, nisi naturalis adsit materia creata per naturam, frumenti granum videlicet: constat igitur utramque ab alterâ juvari, naturam ab arte, hanc â naturâ, & vicissim ambas ad opus facere tùm naturæ tùm artis.

Concordat in hac re *Joan. Trithemius Abbas de Lap. Phys. Secr. Theat. Chym. Vol* 4. *pag.* 661. dicendo: quæritur hinc; num Chymicus naturæ quoque operâ & auxilio indigeat, in elaborandis suis arcanis, & Magisteriis? sed facilis est responsio iis, inquit author, qui nôrunt Chymiam, artem similem esse agriculturæ, in quâ partem sibi vendicat natura, partem agricola, tanquam operator externus: ut enim solummodò hic principaliter occupatur in agro præparando, & seminando: reliquum autem generationis perficiendæ & absolvendæ opus, unicæ committit naturæ; sic quoque Duce inprimis naturâ, comite verò arte, opus suum chymicum auspicatur omnis verus artista, sive Chymista.

Cui assentitur etiam *Jodocus Greverus Theat. Chym. Vol.* 3. *pag.* 699. scias charissime, quòd ars nostra imitatio est naturæ: & quemadmodùm natura per se producit

ducit arbores & plantas, quas deinde hortulanus multiplicat ſeminando illorum ſemina, aut inſerendo eorum ſurculos: ita natura in terrâ, montiumque profundis generat metalla, ut aurum & argentum, quæ artifex multiplicat inſerendo, aut ſeminando ea in terram debitam, aut truncum idoneum.

Hoc quoque quàm optime annotant die wunderlichen Begebenheiten deß unbekandten *Philoſophi pag.* 114. ubi Author ſic ait: Alſo iſt die Kunſt allein unvermögen/ eben ſo wol als die Natür allein unſern Stein zu machen / aber alle beyde zuſammen genommen / machen ihn leichtlich. Die Erfahrung weiſet daß alle Tage; wann du die Garten und Felder nicht baueſt / wirſt du nichts rechtſchaffenes haben / wann du ſie aber baueſt / wirſt du ein Theil deines Wunſches erlangen. Die Natur gibet dir die Materi, und du leiheſt der Natur die Hände. Eben alſo iſt es mit unſerm Stein beſchaffen / die Natur gibt dir was du bedarffeſt / und du muſt ihr geben / was ihr mangelt; ſie gibt dir was du nicht machen kanſt / alſo muß auch gleichfalls die verſtändige Geſchickligkeit ihr geben/ was ihr Vermögen übertrifft. Hæc ille.

Quæ cùm omnia veriſſima, & clariſſima ſint, res ulteriori demonſtratione non indiget; quare Opus Philoſophicum rectiſſimè partim artificiale, partim verò naturale nuncupari poterit; & conſequenter tam Ars quàm Natura ad Lapidis generationem neceſſariò ſimul concurrere debent. Unde bene verſus Vulgaris:

Ars ergò, & Natura facit: ſi deficit una,
Caſſa erit alterius, quamvis miranda Poteſtas.

CAPUT IX.

Ostenditur Opus Philosophicum esse facile factu.

VErum quidem est, quòd Philosophi hanc artem, & scientiam purè naturalem obscurè tradiderint, & plerumque tantùm per similitudines, Metaphoras, Allegorias descripserint; hinc tamen non sequitur, magisterium conficiendi lapidem Philosophorum esse factu difficile, uti fortassis plurimi sibi persuadebunt; Ars namque in se, & per se facilis omninò est, & sola difficultas consistit, ut quis libros Philosophorum possit intelligere, eorumque verum sensum, & intentionem percipere. Sic enim *Bernardus Comes Trevis. Theat. Chym. Vol. I. pag.* 684. inquit: facilis est admodùm, & usquè adeò, ut si claris enarrarem verbis, vel ad oculum demonstrarem, vix credere posses, tota difficultas consistit in nostris vocibus, & intentione. Et *Anonymus in Tract. Aur. de Lap. Philos. in Præf. Mus. Herm. pag. 6.* Si quis autem de hujus artis difficultate conqueri velit, is certò sibi persuadeat, eam in, & per se haud difficilem fore, imò illis, qui Deum diligunt, & hâc scientiâ ab eo sunt dignati, perfacilem esse.

Quibus assentitur *Dionysius Zacharias Theat. Chym. Vol. I. pag.* 723. dicendo: Si Philosophi observâssent ordinem in suis tractationibus, potuisset hæc scientia divina ab omnibus intelligi primo die, vel unicâ horâ, adeò nobilis est, ac admiranda. Et *Nicolaus Flammellus in Summar. Philos. Mus. Herm. pag.* 179 Sol, & Luna uno eodemque modo præparantur, unde

inde album, rubrumque in practicâ provenit, quæ adeò simplex & levis est, ut etiam fœmina juxta colum impeditè perficere possit.

Hoc idem asserit Nobilis ille Germanus Philosophus *Lambsprink de Lap. Philos. Mus. Herm. p. 341.* in hac unica vili re totum opus philosophiæ invenietis, & perficietis, quod quidem omnibus hominibus adeò impossibile videtur, cùm sit adeò facilis, & vilis labor, quòd si aliis monstraremus, & in lucem proferremus, irrideremur â viris, fœminis, & pueris. Et *Chortalassæus in Area Arc. Theat. Chym. Vol. 6. p. 337.* exigua & facilis res est, ut nunc fateri ipse cogeris, lapidem præparare, quod Deus æternus gravibus de causis ita ordinavit. Et *Nuysement in Tract. de Sale Philos. pag. 185.* quæ tamen adeò communis & familiaris nobis est, ut si eam nominarem, risui & ludibrio me exponerem.

Hoc idem confirmant die wunderlichen Begebenheiten deß vnbekandten *Philosophi p. 120.* Er ist gantz überauß leicht / zum wenigsten ist er nicht schwer zu finden vnd zu machen / als vil Künste / die der gemeine Mann lernet. So die Leuthe den Gebrauch euer Glässer nit hätten / wer wolte glauben / daß sie möglich wären zu machen? wann die Weise das Papier zu machen noch nicht bekannt wäre / wurden die Leuth nit daran zweifflen? also ist es auch mit vnsern Stein beschaffen / er ist nicht Gemein / vnnd deßwegen wird er für Vnmüglich / oder zum wenigsten schwer gehalten / vnd gleichwol ist er leichter zu finden vnd zu machen / als das Papier / das Pulver / das Glaß /

vnd andere Dinge / so die Welt spielend machet: Vnd in Warheit es geschicht nicht ohne Vrsache, daß meine Kinder ihn nennen ein Frauen- vnnd Kinder-Spiel; sintemal ein Kind / dem die Weise darzu gezeiget wurde / ihn lachend machen könte. Hæc ille.

Ex quibus omnibus clarissimè patet, quòd magisterium Lapidis Philosophici per se facile omninò sit, quamvis ejus inventio sit difficillima, libríque de hac arte nobilissimâ conscripti sint difficiles intellectu. unde bene inquit der kleine Bauer Author ita nominatus pag. 29. Ein geringes / schlechtes / vnd leichtes Ding ist / wie du dann jetzo selbsten bekennen must / den Lapidem zu machen / welches dann der ewige GOtt auß hoch-wichtigen Vrsachen / also verordnet: Aber denselben recht vnd vollkommentlich zu verstehen / darfür müssen sich alle Philosophi, Adam, Salomon vnnd Hermes, deßgleichen Theophrastus, bucken / neigen vnd ihre Vnvermögenheit in disem Puncten offentlich bekennen / vnd an Tag geben. Wie dañ solches auch der Zacharius, der auch den Lapidem offt gemacht / fol. 71. offentlich zeuget / sprechend:

Nostræ medicinæ scientia est tam divina, tamque supernaturalis (in secunda operatione) ut semper fuerit, ac sit adhuc impossibile hanc innotescere hominibus, quocunque studio, vel industriâ quavis etiam fuerint, ac sint omnium Sapientissimi atque doctissimi Philosophi. Deficiunt enim hac in parte omnis naturalis ratio & experientia.

Sed ut revertar ad propositum, dico, quòd Lapis Philo-

hilosophicus omninò facilis sit factu, cùm ad ejus onfectionem paucissimæ requirantur operationes nanuales, pauci sumptus, uti capite sequenti succintè demonstrabitur, & paucissima quoqúe instrumen-. Quocirca etiam hæc ars nobilissima respectu omnium aliarum artium operativarum jure merito facillima dici meretur; aliæ enim artes multis, & variis gent instrumentis, corporali exercitio, & labore pluimo: hæc verò unam materiam solam, unum vas, inamque fornacem solam (si me rectè intelligis) cum gne convenienti requirit. Deinde aliæ artes per totam ferè vitam exercentur, hæc autem semel perfectè inventa, & exercita, non indiget repetitione, cùm artifex eo ipso locuples sufficienter jam sit, & voti sui compos factus. Ex his itaque concluditur, Magisterium Lapidis Philosophici rectissimè facile factu esse dicendum.

CAPUT X.

Quod Aurum Potabile Philosophicum fiat absque magnis sumptibus, quodque expensæ pretium duorum aureorum vix excedant.

QUemadmodùm opus Philosophicum factu facile omninò est, uti Capite Priori sufficienter fuit probatum, ita quoque parvas tantùm requirere expensas in hoc Capite succinctè demonstrabitur. Hoc autem ita se habere perspicuè nos docent scripta Philosophorum: Nam Morienus ait. omnis res, quæ magno emitur pretio, in hujus operis artificio mendax, & inutilis reperitur. Alphidius inquit. est autem aurum Philosophorum, quod parvo emitur pretio. Geber

ber dicit. si in operando æs tuum amiseris, nos no iniquè corrodas, sed tuæ imputes imprudentiæ: scientia enim nostra magnas non requirit impensas. Lilliator asserit. hic autem lapis palàm minimo emitur pretio, quòd si novissent venditores, ipsum in manibus tenerent, & nullo modo venderent. Et quidem *Anonymus apud Joan. Walchium pag.* 163. ita fatur. Ab operari volente quærendum est nostri lapidis pretium, utrum sit magnum aut parvum: si dicit: parvum, bene quidem: sin, magnum infert, deceptor est quærens illud in suos usus convertere.

His adstipulatur *Demonstrat. Nat. Joan. à Mechung Mus. Herm. pag.* 157. Sin itaque nunc, mi Fili, opus aggredi conaris, tunc ad illud non adeò ingentes sumptus requiruntur. Idem paulò infrà sic ait. ingentes, uti diximus, sumptus non requirit, modò des operam, ut mea (nempe naturæ) rectè comprehendas principia.

Hoc idem confirmat *Guilielmus Menens in Aur. Vell. Lib.* 1. *Theat. Chym. Vol.* 5. *pag.* 254. Facilis enim factu paucisque expensis completur, quod dictum velim, ut viri probi admoneantur, ne impostoribus aurem præbeant, qui illam sese probè nôsse, aut singularia quædam opera ad conficiendum aurum, & argentum jactitant: atque sic spe ditandi illis injectâ, haud contemnendum auri, & argenti pondus emungunt. *Idem pag.* 360. dicit: Est autem magia, seu virtus quædam occulta, quæ hæc omnia operatur labore nullo, impensisque minimis.

Ex quibus clarissimè patet, ingentes sumptus ad conficiendum Aurum potabile Philosophicum minimè

è requiri. Quod autem expensæ pretium duorum reorum non excedant, hoc attestatur *Anonymus* ud Theob. de Hogelande *Theat. Chym. Vol. 1. pag.* 27. dicendo, *expensæ nostræ artis non excedunt pre-um duorum aureorum, in prima sui emptione, id est eratione.*

Ne tamen hic quispiam dicere possit, quòd mihi si contradicerem, cùm supertùs Cap. 2. aliquam parte artificis opulentiam assignaverim requiri, hic rò artem sumptibus non egere propalem. Unde co, opulentia nonnullu solummodò requiritur ex arte artificis, tum quoad libros plures coëmendos, m etiam quoad sustentationem vitæ ei necessariam, tantum, ut opus philosophicum feliciter terminare aleat, & interim de victu securus esse possit. Quare lhuc verum restat, quòd ad confectionem Auri Po-bilis Philosophici sumptus magni minimè requi-ntur.

Hinc videre licet, quanto in errore versentur pseu-o-Alchymistæ, qui propter Lapidem Benedictum ona sua dilapidant, tantasque opes in illo frustrà in-uirendo consumunt. Non ineptè profectò in-uit *Via Verit. Mus. Herm. pag.* 190. Hodierno-um Sophistarum Ars pseudo-chymica in mera pecu-iæ & temporis jactura consistit. Quæ cum ita sint, nde omnes & singulos Tyrones Chymicos fideli-er admonitos velim, ut ea omnia, quæ magni con-tant, utpote operi Philosophico summè novica e-itent.

CA-

CAPUT XI.

Quòd artifex in præparatione Lapidis Naturam necessariò imitari debeat.

MOnstratum fuit superiùs Cap. 8. ad conficiendum opus Philosophorum tam artem, quàm naturam concurrere, pleneque insinuatum est, operationem artificis nihil aliud esse, quàm adjuvamen naturæ; unde nunc ostendam, quòd artista in præparatione sui lapidis naturam necessariò imitari debeat, si opus suum feliciter ad optatum finem perducere velit. Hoc unanimiter omnes nobis inculcant Philosophi, atque bene insinuat *Eobaldus Vagelius Theat. Chym. Vol. 3. pag.* 572. dicendo: Democritus, & Sapientes Turbæ nihil tam frequenter lectoribus inculcant, quàm naturam, hinc illæ propositiones: Natura Naturâ lætatur. Natura Naturam continet. Natura Naturam vincit, ac superat. Item. Natura Naturam patefacit, gignit & renovat. Quibus verbis significare voluerunt, opus chemicum merè esse naturale, & naturam esse, quæ appetit, retinet, digerit, expellit, corrumpit, generat, & informat tam lapidem ipsum, quàm metalla per commistionem ejusdem, ministrante tantùm illi artifice, & calorem convenientem suppeditante.

Assentitur in hac re *Rich. Anglicus in Cerrect. Theat. Chym. Vol. 2. pag.* 387. præter naturæ imitationem impossibile est ipsis secreta Philosophorum ad perfectum finem perpetrare. *Philaleta in Enarrat. Meth. 3. Med. Gebri pag.* 66. inquit. in præparatione nostræ admirabilis mixtionis, seu maximi arcani oportet-

et nos ſequi naturam. *Via Verit. Muſ. Herm. pag.* 187. Miſſos itaque ejuſmodi impoſtores impoſterùm facito, & ſaltem naturam imiteris, quæ ſimplicem duntaxat coctionem requirit, & hoc modo nullus te decipiet.

Quibus adſtipulatur etiam *Joan. à Mechung. in Demonſt. Nat. Muſ. Herm. pag* 159. plura tibi nunc non impero, ſed adjuro te, quòd me naturam ſequi neceſſum habeas. Idem *pag.* 170. ſummè itaque neceſſarium eſt, ut Naturam imitemur, ejuſdemque inſtrumenta. Et *Inſtruct. de Arb. Sol. Theat. Chym. Vol.* 6. *pag.* 175: Sciendum eſt ſi ad operis ſapientum perfectionem aſpirare animum habes, Naturam in omnibus operibus tuis ab initio ad finem usque tibi eſſe imitandam.

Quæ cùm ita ſint, unde omnes & ſingulos hujus artis tyrones fideliſſimè admonitos velim, ut libris Philoſophicis ſedulò incumbant, omnemque ſuam operâ impendant ad indagandas operationes Naturæ, quomodo, & in quali vaſe operetur Natura, ad hoc, ut eandem in præparatione Lapidis Benedicti quàm exactiſſimè imitari poſſint, quod ſanè ſummè eſt neceſſarium, quemadmodùm bene admonet *Walchius apud Anonym. in Labor. Chym. Vulg. cap.* 11. hiſce formalibus: Derohalben befleiſſe dich vor allen Dingen / daß du lehrneſt erkennen die Natur. Dann diſe Kunſt wird einen verſtändigen in Erforſchung der Natur ohne einigen Philoſophiſchen Spruch offenbahren. Vnd widerumb dargegen wann du ſchon alle Philoſophiſche Bücher/ welche von diſer Kunſt reden vnd handlen / gefreſſen het=

teſt/

test/ so wirst du gleichwohl ohne Erkandtnus der Natur hierinnen nichts außrichten können / vnd darumb befleisse dich der Natur / vnd so du sie erkennen wirst / so probire die Philosophische Sprüch mit der Natur / vnd so du dardurch erkennen wirst wie man der Natur durch Kunst folgen oder zu Hülff kommen soll/ so fange dann an zu studiren vnd lehrne selbst.

Hinc rectè Rosarius inquit: consulo ut nemo se atti huic intromittat, nisi principium veræ Naturæ, & ejus regimen cognoscat. Frustra namque laborat ille, qui sine cognitione Naturæ manus ad labóres porrigit, uti benè Geber asserit. Qui principia Naturalia in se ipso ignoraverit, hic multum remotus est ab arte nostra, quoniam non habet radicem veram, supra quam intentionem suam fundet.

Quod pariter optime insinuat Walchius Commentator über den kleinen Bauren pag. 92. Darumb muß/ vnd solle ein jeder/ so deß Wercks sich untersteht / zu forderst mit gnugsamber Wissenschafft sich gefast machen/ehe dann er einige Hand anlegt/ dann erst in einfallender Noth lehrnen / von andern erkundigen / vnd mit den fünff torrechten Jungfrauen vmblauffen / sein Ampel versehen / vnd Bericht einnemmen wollen / wann es an ein Treffen geht/ vnd man / wann der Dieb einbricht / den Spieß in der Hand halten soll: thuts nicht. Es heist: *Rumpite libros, ne corda vestra rumpantur.* Rasis spricht: *Occulti lapidis natura, ejusque dissolutio cognoscenda est: ea nisi ad unguem cognita fuerit, ab opere cessandum moneo.*

Summè itaque mirandum est, quòd adeò imperiti omines, qui nec latinam linguam callent, multò minùs artis, & Naturæ principia intelligunt, sese ad alchyniam conferant, & Arcanum totius Naturæ secretissimum conficere præsumant. Non ineptè profectò Richardus *Anglicus in correct. Theat. Chym. Vol. 2. ag.* 387. de talibus Chymiastris sic inquit: Hi transeunt ad practicam, sicut asinus ad fænum, nesciens d quid porrigat rostrum, nisi in quantum sensus exeriores; sine intellectu, per visum & gustum ad pabula deducunt.

Sic ipsi asini sine veris principijs, & studijs fructuois, ac Naturarum cognitione, quærunt perficere opea Naturæ, & secretum secretissimum totius Naturalis Philosophiæ, ac opus optimum, quod hominem ornat moribus, ditat beneficijs, auxiliatur pauperi, & corpus humanum incolume conservat præbens ei sanitatem. hæc ille.

Quisquis igitur in hac arte purè ... ali sese exercere cupit, atque ex eâ fructum haurire desiderat, scrutator Naturæ, & in principijs Naturalibus optimè versatus esse debet, ut in conficiendo opere Philosophico Naturam imitari possit, & si opus sit, eandem corrigere, ac emendare. Quomodò enim, quæso, aliquis in hac arte unquam proficiet, si non intelligit, quid metalla sint, & unde proveniant, quomodo & in quali vase operetur Natura? frustrà profectò laborabit ille, qui sine principiorum Naturalium cognitione opus hoc tam eximium aggredi præsumit. quare benè *Anonymus in laborat. Chym. Vulg. cap.* 11. Non sunt assecuti, neque assequentur (lapidem scilicet

D Phi-

Philosophicum) quidquid tentârint labore, & sumptibus, quamdiu extra Naturæ limites, ejusque operandi modum, vagabundi deliberabunt. Estote itaque Scrutatores, ac imitatores Naturæ, & omnia bona invenietis.

CAPUT XII.

Probatur, quod detur Semen Metallicum, quodque Metalla crescant ac multiplicari possint.

DAri semen metallicum, quamvis visibile non sit, dubium omninò nullum est, cùm ipsa experientia attestetur, quod in visceribus terræ Metalla verè ac realiter crescant: nihil autem crescit sine semine; ergò dari semen metallicum minimè erit dubitandum. Hoc bene annotat, & succinctè demonstrat *Sendivog. in Novo Lum. Chym. Mus. Herm. pag. 564.* ubi sic ait: Semen minerale, vel metallorum creat Natura in visceribus terræ: propterea non creditur tale semen esse in rerum Naturâ, quia invisibile est, at non est mirum, quód ignari dubitent, siquidem id, quod præ oculis est, non percipiatur ab illis: multò minùs istud, quod invisibiliter absconditum est: sed verissimum est, quod superius non est nisi ut istud, quod est inferius, & vice versa id, quod nascitur supra, nascitur ex eodem fonte, sicut illud, quod infra in terræ visceribus. Et quam prærogativam vegetabilia præ metallis habent, ut Deus illis semen inderet, & hæc meritò excluderet? Nonne ejusdem dignitatis metalla apud Deum cujus & arbores? Hoc pro certo statuatur, nihil sine semine crescere: ubi enim nullum est semen, res est mortua. Necesse est ergò, ut vel quatuor elementa

ıenta creent ſemen metallorum, vel ea producant ne ſemine; ſi absque ſemine producuntur, tunc per-ecta fieri non poſſunt; ſiquidem res omnis ſine ſemi-.e imperfecta eſt, ratione compoſiti: qui hanc indu-itatæ veritati fidem non adhibet, non eſt dignus ut Naturæ ſecreta ſcrutetur: nihil enim in orbe naſcitur, uod ſemine deſtituatur.

Hoc idem confirmat *Philaletha de Metall. Meta-orph. Cap. 3. Muſ. Herm. pag. 763.* hiſce formali-us: Conſervandæ, propagandæ, nec non & produ-endæ unicuique ſpeciei, ſemen â magno Creatore ebus inſtitutum eſt: eſtque ſemen uniuscujusque rei perfectio, & cujus nullum eſt ſemen, imperfectum de ure iudicandum eſt. Metallicum ergò ſemen dari, ion eſt dubitandum; Hæc enim aut omnia primis ex diebus fuêre creata, quæ in orbe jam ſunt, ac fuêre, ut ſaltem indies auctæ concrevêre. Prius tam ratio, uàm experientia negat; ergò ſi poſterius, tum ſanè emen Metallicum dari, nemo poterit negare.

Quòd autem metalla creſcant, id ex antedictis evi-lentiſſimè conſtat, atque hoc nullus ſanæ mentis ho-nio poterit negare, cùm ipſamet atteſtetùr experi-ntia, fovea etenim mineralis ſua terra rurſus impletur; & naturæ ad creſcendũ cõmittitur. ergò quoque po-erunt multiplicari. quod ſic probo. omne quod creſcit & naſcitur, augetur ac multiplicatur, hoc ex arboribus, fructibus, fruticibus & animalibus manifeſtum eſt: ex ıno grano fiunt mille grana, ex una arbore mille rami & ſurculi: & ex iiſdem mille alij innumerabiles. ex uno animali millenus numerus ſurgit, & multiplicatur. Sed metalla quoque in terra naſcuntur, & in illâ creſcunt, ergò etiam augeri, & multiplicari poterunt. Aſſenti-

tur mihi in hac re *Arnoldus de Villanovâ in lib. Perf. Magist. Theat. Chym. Vol. 3. pag. 131.* hisce verbis: multiplicatio in metallis est possibilis: nam omne crescens, & nascens multiplicatur, & crescit, ut patet in plantis & animalibus: nam ex uno grano fiunt mille; metalla autem in terrâ nascuntur & crescunt, ergò possibilis est in eis augmentatio usque in infinitum.

Quòd autem metalla crescant, experientia, ut supra dictum fuit, testatur; fovea enim mineralis, suâ terra rursus impletur, & naturæ ad crescendum committitur: suffragatur huic rei ipsa sacra scriptura. Nam Deus omnipotens in opere creationis mundi omnibus rebus multiplicationem per verbum suum insinuavit, dicendo, *Gen. 1. qualibet res producat suum simile, & multiplicet se in illo.* Hæc cùm ita sint, metallicum ergò semen in rerum naturâ existere, metalla quoque crescere, & multiplicari posse minimè profectò negandum erit.

CAPUT XIII.

Quòd lapis Philosophorum neque ex vegetabilibus, neque animalibus, sed ex metallico tantùm semine confici possit.

COmmune quidem est axioma: *qualibet res producit suum simile*; ut ex animali animal, ex plantâ planta generatur; Non defuerunt tamen, neque hodiè desunt, qui summum Philosophorum arcanum tam in animalibus, quàm vegetabilibus inquirunt, & experiuntur quælibet obvia, quæ vel in schedis, aut in libris malè intellectis, aut impostorum fraude, & ava-

avaritia compositis reperiunt, sperantes se fortuitò inventuros, quod Philosophi labore summo & studio continuo quæsiverunt, & precibus â Deo impetrârunt. Profectò isti, qui tam otiosè fabulantur, si naturæ arcana aliquâ ex parte degustarent, aut judicio uterentur, non ita facilè mendaciis, & imposturis falsissimorum hominum crederent; cogitarent utique ex homine hominem, ex leone leonem, ex planta plantam generari, nec quærerent in natura, quod in ea non est: quomodo enim planta tinget, aut figet, & ab adustione defendet, cùm ipsamet neque tincturam, neque fixionem in se contineat, & igne absumatur.

Neque desunt etiam alii, qui magni artifices videri volunt, & nihilominùs in animalibus, ut sanguine, mulieribus menstruis, spermate, urinis, capillis & ejusmodi rebus inutilibus lapidis materiam inquirere non verentur. quare admirandum est, inquit *Rogerius Bachon in Spec. Alchem. Cap.3. Theat.Chym. Vol. 2. pag.379.* quòd aliquis prudens suam fundet intentionem super animalia sive vegetabilia, quæ valdè sunt remota, cùm inveniantur mineralia satis propinqua. Nec credendum est omninò, quòd aliquis Philosophorum, posuerit artem in prædictis remotis, nisi similitudinariè. Unde benè asserit *Brevis Manuduct. ad Rubin. Cœlest. Philaleta Muf. Herm. pag. 778.* mementote itaque, quòd ex leone leo, ex homine homo generetur, ab aliis autem hæc generari exspectare, absurdum esset, & ludibrium; non secus ex combustibilibus combustibilia, ex æternis æterna producuntur. creditis ex tribulis uvas, aut ex spinis rosas col-

colligere? tam absurdum erit, si quis ex animalibus, herbis, aut istiusmodi, lapidem nostrum fabricare conetur, quasi alibi, quàm in auro quærendum esset aurificandi principium.

Ex quibus claré patet, quòd lapis Benedictus ex metallico tantùm corpore possit confici, siquidem etiam metallicam solummodò intendimus facere medicinam: uti optimè annotat *Sendivog. in Novo lum. Chym. Mus. Herm. pag. 555.* Naturam accipere oportet metallicam, & hoc in mare & fœmina, aliàs nil efficies: si enim intendis ex herbis creare Metallum, laborabis in vanum; sicuti ex cane vel bestia lignum non produces. idem in *Tract. de sulph. Mus. Herm. pag. 630* dicit. Si intendis metallum facere, metallum sit tuum fundamentum, quia non generatur ex cane nisi canis, ex metallo nisi metallum: nam scito pro certo, si non accipies ex metallo humidum radicale optimè separatum, nihil facies unquam; sine grano tritici frustrà colis terram: Si igitur metallum vis producere, metallo fermentabis. hoc etiam attestatur *Via Veritatis Mus. Herm. pag. 195.* Quocirca tibi veré affirmo, quamdiù non Naturam metallicam ex ipso fundamento intellexeris, tamdiù etiam fieri nequit, ut veram Alchemiæ artem intelligas, vel ad rectam, veram, naturalemque transmutationem pervenias.

Neque mirum alicui videatur, quòd ad opus Philosophicum metallicum requiratur semen, cùm, uti supra dixi, metallica tantùm desideretur medicina; quomodo autem quispiam hanc ex animalibus, aut vegetabilibus eliciet, ut immunda, & leprosa corpora

ra metallorum rectificare, ſanare, ac tingere poſſit? profectò vita potiùs inquirentis deſineret, priusquàm medicina metallica ex iisdem extraheretur. Nam Chriſtus ipſe *Matth.* 7. dixit: quòd ſpinæ non ferant uvas, nec tribuli ficus. quælibet ergò res ſuum producit ſimile, & in ſuo ſimili lætatur, & contrarium ſuum odit. unde quæ ſeminaverit homo, hæc etiam metet, ut ex hordeo hordeum, ex tritico triticum. Pariter in arte naturali Philoſophicâ comparatum eſt, ſi metallicum ſeminabitur ſemen, metallicus inde creſcet fructus.

Quocirca amice lector, & naturalium ſecretorum indagator, linque quævis animalia & vegetabilia, in illis namque pro transmutatione metallorum nihil boni reperies: quare concludo, & dico, ad lapidis generationem metallicum ſemen neceſſariò eſt accipiendum.

CAPUT XIV.

Probatur, quod aurum, argentum, mercurius Vulgi, cæteraq; imperfecta mettalla lapidis Philoſophici materia eſſe non poſſint, nec ſola nec ſimul ſumpta.

AUrum Vulgare lapidis Benedicti materiam eſſe non poſſe exinde conſtat, quod opus philoſophicum fiat absque magnis ſumptibus, uti Cap. 10. ſufficienter probatum fuit: eſt enim aurum Philoſophorum, quod parvo emitur pretio, uti Alphidius aſſerit; ſed vix quicquam auro Vulgari eſt rarius, atque carius, ergò lapidis philoſophici materia eſſe minimè poteſt.

Deinde aurum Vulgi ex eo quoque pro materia lapidis inſervire non poteſt, quia metallum eſt prorſus mer-

mortuum, cùm ſpiritum ſuum per ignem fuſionis jam amiſerit, philoſophicum autem vivum aurum eſt, atque in hoc unanimiter omnes conveniunt Philoſophi; ſic enim *Bernardus Comes Treviſanus Theat. Chym. Vol.* 1. *pag* 688. *inquit.* Aurum noſtrum, & argentum noſtrum album, quæ ſunt unum & idem, non ſunt vulgaria metalla; ſunt enim viva, alia verò mortua virium inexpertia. Et *Michael Sendivogius in Novo Lum. Chym. Muſ. Herm. pag.* 559. aſſerit. Hanc tibi habeto cautelam, ne in metallis Vulgi illud quæras punctum, in quibus non eſt: nam hæc metalla præſertim aurum Vulgi mortua ſunt: ſed noſtra ſunt viva, ſpiritum habentia, quæ omninò ſumenda ſunt; ſcito enim metallorum vitam eſſe ignem, dum adhuc in ſuis mineris ſunt, & mortem etiam ignem fuſionis videlicet.

Hoc idem dicit *Joann. Chryſippus de Arte Metal. Metamorph. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 42. qui aurum lapidis materiam eſſe affirmant, ridere miſeram hac in re laborantium conditionem videntur. Quibus aſſentitur etiam *Theob. de Hogelande de Alchem. difficult. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 138. vidi fruſtra me per tam longinqua, & difficilia itinera quæſiviſſe, quod jam dudùm domi haberem, cùm auri appellatione non aurum crudum & vulgare, ſed ſuum intelligant Philophi; eſt enim aurum vulgare corpus mortuum, & nil operatur, niſi quod induſtriâ hominis illi adminiſtratur.

Ex quibus textibus, cùm per ſe ſint clariſſimi, evidentiſſimè conſtat, quòd aurum vulgare ad opus Philoſophicum conficiendum pro ſubjecto, ſeu materiâ inſer-

inſervire minimè poſſit, tùm quòd jam ſit perfectum, nimis compactum, & ſeratum, cum quo nihil ampliùs fermentari poteſt, uti nec cum pane; tùm quòd ſit metallum, prorſus mortuum, virium inexpers, cùm ſpiritum ſuũ tingentem per ignem fuſionis deperdiderit: tum etiam, quòd aurũ vulgare ſit nimis ſumptuoſum; nam Morienus ait: omnis res, quæ magno emitur pretio, mendax eſt, & inutilis: Geber inquit: Non oportet tua bona conſumere, quia vili pretio, ſi artis principia non ignoraveris, propoſitum conſequeris. Hoc benè eſt notandum, aurum vulgare eſt ſumptuoſum, atque caro emitur pretio, & ſic pauperes ad hoc arcanum, & myſterium glorioſum nunquam poſſent pervenire, cùm tamen conſtet, quòd tales ad id plerumqúe perveniant, illudque poſſideant.

Ex his itaque quivis prudens facilè colligere poterit, quòd duplex detur aurum, vulgare nimirùm, & Philoſophicum; hoc vivum eſt, creſcere, ac vegetare poteſt, illud verò metallum eſt prorſus mortuum: hoc parvo emitur pretio, ſolis Philoſophis cognitum eſt, atque utile, illud autem magni conſtat, pro avaris & divitibus ſolummodò inſervit, quemadmodùm perbellè ſcribit *Walchius Commentator* über den kleinen Bauren *pag.* 152. ſic inquiens: Es iſt zweyerley Gold: Eines iſt gar theuer / daß ſiehet gelb auß / dieweil es vor den Geitzhalſen ſich ſo hefftig entſetzt vnd erſchreckt / die es ſo übel tractiren / vnd mißbrauchen. Das läſſet man nur den Reichen / die es zu bezahlen haben. Das Ander aber iſt wohlfeil / iſt für arme Geſellen / kaufft ein Pfund bey den Materialiſten etwann vmb einen Schilling / iſt weit

besser vnd edler als der Forder: Vnd wiewol es auß Arabia kombt/ (alda dann das beste Gold zu finden) kost doch das Fuhrlohn von dannen nicht so vil/ dann die Vögel bringens herauß in ihren Kröpffen/ vnd schittens bey vns auß/ daß ein jedweder/ auch armer Gesell sich bucken/ vnd darnach greiffen mag: heist bey den Arabischen Philosophis Pantaura, welches ein Corpus ist/ welches auri virtutem seminalem, deß Golds Saamen vnd wachsende Krafft/ wie auch alle Nothwendigkeit das Werck außzuführen/ den Anfang/ Mittel vnd End/ potentialiter in sich hat. Hæc ille.

Quisquis igitur in arte naturali Philosophicâ sese exercere cupit, hoc sibi utpote notatu dignum commendatum habeat, ut aurum vulgare, neque solum, neque alijs mixtum quoad perficiendas operationes Philosophicas adhibeat, quocunque etiam artificio sit præparatum; nam assecuro, quòd is cum auro vulgari quoad transmutationem metallorum in æternum nihil unquam efficiet.

Nec quoque argentum vulgare ob antedictas rationes lapidis materia esse potest, nam pariter est metallum prorsus mortuum, hoc attestatur *Sendivog. in Novo Lum. Chym. Mus. Herm. pag. 573.* admonitus sis, ne accipias aurum & argentum vulgi, nam hæc mortua sunt, accipe nostra, quæ sunt viva: & *Anonymus in Tract. Aur. de lap. Philos. Mus. Herm. pag 34.* Nostrũ aurũ vivũ aurũ est, & argentũ nostrũ vivũ argentũ, quæ nil præter vitã & augmentũ afferre possunt. Vulgaria aurum & argentum mortua sunt, quæ haud amplius perficere possunt, quàm natura iis concessit.

Quod

Quod autem mercurius Vulgaris lapidis philoſophici ſubjectum eſſe non poſſit, hoc ſimiliter probatur: Nam *Anonymus in Tract. Aur. de Lap. Philoſ. Muſ. Herm. pag.* 25. ita inquit: ſicuti duplex eſt ſulphur, ita etiam & mercurius duplex eſt, vulgaris nimirùm, & Philoſophicus: Vulgaris ille mercurius adhuc crudum, im̃aturum, & apertum eſt corpus in igne non perſeverans, ſicuti Philoſophorum, ſed levi igne urgente, in fumi formâ auffugiens, & diſcedens. Unde & generalis Philoſophorũ regula conſtituta eſt: *noſtrũ argentum vivum, non eſt argentum vivum Vulgi.*

Concordat in hac re *Raymundus Lullius in Clavicula Theat. Chym. Vol. 3. pag.* 196 Nos dicimus, quòd argentum vivum vulgare, non poteſt eſſe argentum vivum Pilhoſophorum, quocunque artificio præparetur, quia vulgare non poteſt in igne detineri. niſi per aliud argentum vivum corporeum, quod ſit calidum & ſiccum, & magis digeſtum.

Hoc etiam optimè annotat *Falx in Bifolium Pantaleonis pag.* 15. Incipiendo â mercurio vulgi dicimus eum eſſe nimis excrementitium, frigidum & humidum, noſtroque operi prorſus inutilem, & ab eo naturaliter metalla non procedunt immediatè, imò eadem natura impurum mercurium Vulgi perficit cum alio mercurio tanquam ſemine totaliter diſtincto â Mercurio Vulgari: hoc enim eſt corpus metallicum, & merè metallũ, alter verò, quo natura utitur, eſt merus ſpiritus, & ſemen metallorũ, & quamvis idem mercurius vulgi abũde turgeat hoc ſpiritu, iſte autẽ â ſuo corpore ſequeſtrari nequit, absque ſpiritu generali noſtro, qui verè eſt materia noſtri benedicti lapidis, ſicque con-

clu-

cludimus alium Mercurium dari præter Mercurium Vulgarem, per se à natura creatum, qui ut semen nostræ artis est principium atque tinctura.

Ex his itaque clarè patet, quòd nec aurum, nec argentum, nec mercurius vulgaris ad opus philosophicum quidquam boni præstare possint. Unde rectè *Jodocus Greverus Theat. Chym. Vol. 3. pag.* 700. non enim in hoc opus ingreditur aurum vulgi, nec mercurius Vulgi, nec argentum Vulgi, nec quicquid aliud Vulgare sed Philosophorum. Et *Flamellus in Summar. Philos. Mus. Herm. pag.* 176. Non enim curæ sibi esse patiuntur, quòd Philosophi non de vulgari auro, argento & mercurio loquantur, quæ omnia mortua sunt, & nullam amplius substantiam recipiunt, sed in suo esse permanent, nullumque alterum ad perfectionem juvare potest.

Nec quoque imperfecta metalla, ut plumbum, ferrum, cuprum, & stanum, lapidis philosophici materia esse possunt, cùm pariter spiritus suos per ignem fusionis amiserint, sintque metalla prorsus mortua, ac virium inexpertia; consequenter nec sola, nec simul sumpta ad opus Philosophicum conducent: Non sola, cùm ad lapidis materiā purissima mercurij substantia requiratur, sicut Avicenna, Lullius & plerique omnes Philosophi attestantur, dicendo: *in nostro opere purissima mercurij substantia nobis est eligenda*: sed illa purissima mercurij substantia in imperfectis metallis non reperitur, cùm illa ab immundo & alieno suo sulphure ita inquinata sint, ut etiam instar leprosorum corporum, ad intimam & perfectam depurationem, quodcunque etiam adhibeatur artificium, pervenire

venire nequeant, ergò ut ſola ſumpta lapidis materia minimè eſſe poterunt.

Sicuti igitur imperfecta metalla ſola lapidis materia non ſunt, ita etiam ſimul ſumpta, ſeu invicem mixta non erunt, cùm ſuâ commixtione haud puriora fiant, quàm priùs erant, taceo, quòd nova hic fieret confuſio noſtræ intentioni planè contraria, quæ unicam, ut infra Cap. 17. demonſtrabitur, tantùm materiam requirit.

Ex his itaque omnibus clariſſimè patet, quòd nec perfecta, nec imperfecta metalla, nec ſola, nec ſimul unita lapidis benedicti materia eſſe poſſint, cùm ſpiritus ſuos per ignem fuſionis perdiderint, unde rectè *Joan. à Mechung Muſ. Herm. pag.* 148. dixit. metalla nullam vitam, vel unicum creſcendi, vireſcendi, augmentandique alimentum habent, cùm partuiente ſemine deſtituta ſint, quocirca etiam ipſis ſimile minimè generant.

CAPUT XV.

Oſtenditur, quotuplicia dentur mineralia, & ex quo genere mineralium materia lapidis ſit petenda?

MAteriam Lapidis Benedicti, neque in vegetabilibus, neque animalibus, nec in metallis tam perfectis, quàm imperfectis inveniri, in antecedentibus ſufficienter demonſtratum eſt, quare nunc videndum, ubi hæc benedicta materia ſit reperienda? dico itaque, vera & genuina lapidis philoſophici materia ſolummodò in mineralibus eſt quærenda. Pro cujus meliori notitiâ ſciendum eſt, triplicia â Philoſophis

ſtatui

ſtatui mineralia, nempe majora, media, & minora mineralia, uti bene annotat *Chortalaſſæus in Arca Arc. Theat. Chym. Vol.6. pag.303.* Mineralia majora ſunt metalla, cúm adhuc in ſuo chaote, corticibus ſuis, aut ſecundùm Theophraſtum in officinâ naturæ latent, hoc eſt priusquam per violentiam ignis ſunt fuſa, & in metallum redacta.

Media Mineralia ſunt marcaſitæ, & omnia alia, in quibus ſplendor aliquis metallicus videri poteſt, uti eſt antimonium, bismutum &c. ex quibus non generatur metallum, quamvis longiſſimo tempore in terrâ laterent, non enim ſunt perfectus flos, aut nodus, ſed tantùm duo principia habent, ſulphur & mercurium, tertio verò, ſale videlicet, deſtituuntur.

Tertii generis ſunt minora mineralia, ſalia videlicet, uti ſunt alumen, nitrum, & omnis generis aliæ terræ, in quibus nulla metallica forma, aut ſplendor aliquis obſervari poteſt.

Ex his quilibet verus chymiæ ſtudioſus facilè colligere poterit, ex quo genere mineralium lapidis Philoſophici materia ſit educenda? non ex minoribus mineralibus, quia mineralia minora non habent vera principia metallica, ſulphur ſcilicet, & mercurium, ergò etiam materiam pro conficiendo lapide benedicto ſuppeditare nequeunt. Hoc optimè annotat, & ſuccinctè demonſtrat *Richardus Anglicus in Correct. Theat. Chym. Vol.2. pag.392.* ubi ſic inquit. Minora mineralia non poſſunt fieri metalla; primò: quia de prima metallorum materia, quæ eſt argentum vivum, non ſunt generata: cùm autem generatio eorumcum generatione mercurii primò differat in formâ

rā & materiā, & compositione; ideò etiam metalla ieri non possunt: quia unius speciei una est materia prima, & sperma ex quo generatur: sed prima pars intecedentis patet, quia minora mineralia non sunt generata ex mercurio, ut patet per Aristotelem, & Avicennam, ideò si deberent fieri metalla, oportet, ut ransirent in materiam primam metallorum, sed quia artificialiter id fieri non potest; ideò metalla minimè erunt, & per consequens lapidis materia esse non possunt.

Quare omnis verus tyro chymicus materiam lapidis Benedicti in minoribus mineralibus, ut salibus, aluminibus, vitriolatis, & ejusmodi rebus inquirere supersedebit; in his siquidem acutum, corrodentem, & corrumpentem spiritum reperiet, mercurium autem, atque sulphur Philosophorum hinc nunquam adipiscetur.

Nec quoque media mineralia pro materia lapidis philosophici inservire possunt, quia duo tantùm habent principia metallica, scilicet sulphur & mercurium, tertiò verò, sale videlicet, uti supra dictum, destituuntur. Taceo, quòd eorum aliqua nimis grossum & inquinatum habeant sulphur, aliqua verò nimis impurum mercurium: quod in ipsorum examine cuivis probanti facilè oculis subjicitur.

Cùm igitur media mineralia, uti sunt magnesia, marcasita, antimonium, auripigmentum, & similia careant uno principio metallico, & metalla fieri minimè possint, nec consequenter vera illa medicina universalis metallorum ex ipsis confici poterit; præsertim cùm ad lapidis generationem purissima mercurii

sub-

ſubſtantia requiratur, quæ tamen in minoribus mineralibus non reperitur.

Neque moveri velim quempiam, in hiſce mineralibus materiam lapidis debere inquiri, cùm Philoſophi eorundem frequentem faciant mentionem: ut quando Senior ait. *niſi in auripigmento eſſet vis coagulandi mercurium, noſtrum magiſterium nunquam ad finem duceretur.* Et divus Thomas de Aquino. *accipe noſtrum antimonium, ſive terram nigram occultam &c.* Sciendum enim eſt, quòd Philoſophi haud ejusmodi ſermones proferant, ut demonſtrare velint, ex hiſce rebus lapidem illum magnum fieri poſſe, ſed parabolicè, & figuratè ita loquantur, uti bene advertit *Anonymus in Tract. Aur. de Lap. Philoſ. Muſ. Herm. pag.21.* Philoſophorum ſiquidem auripigmentum, & magneſia longè alia res eſt, quàm illa vulgaris, materia nimirum ipſa, quam alibi agens, leonem, regem, ſulphur, & aliis nominibus compluribus appellare ſolent. Et quidem auripigmentum vocant, quia facultatem habet auro ſuperfluum, & exuberantem colorem, & tincturam tribuendi: Magneſia verò dicitur ratione inſitæ ſuæ virtutis, & præſtantiæ, quæ inde derivatur, & promanat.

Quòd autem D. Thomas Aquinas illam antimonium vocare voluerit, factum id eſt propter ſplendentem ſuam nigredinem, ad quam ſolutione transactâ perducitur. Lapidem enim ad nigredinem perductum omnibus rebus atris aſſimilaverunt.

Ex quibus omnibus clariſſimè patet, quòd nec minora, nec media mineralia ad faciendum lapidem Philoſophicum conducere quicquam valeant, quocunque

cunque etiam artificio præparentur, majora igitur tantùm mineralia, utpote operi philoſophico melio-ra, commodiora, & viciniora nobis ſunt eligenda. Hoc optimè annotat *Joan. à Mechung in Demonſtr. Nat. Muſ. Herm. pag.*157. dicendo: Si igitur tibi o-culi mentis aperti ſunt, tunc in mineris myſteria mea deprehendes. *idem pag.* 158. inquit: media res eſt in-ter mercurium, & metallum, quod ſumo, quo ex ar-te tuâ, meâque ſcientia tam præſtantiſſima eſſentia perficitur, purum potabileque aurum, & radices a-gens humiditas. Quibus verbis hic Philoſophus ni-hil aliud inſinuare voluit, quàm quòd in majoribus mineralibus totum artis ſecretum lateat, & ex illis ſolummodò materia philoſophica ſit petenda.

Sed dicet nunc aliquis, plura dantur mineralia ma-jora, ex quibus igitur lapis benedictus poterit educi? cui reſpondeo, quòd ex omnibus mineralibus (ſcili-cet majoribus) modò in igne non fuerint, lapis Phi-loſophicus poſſit confici: hoc atteſtatur *Chortalaſſæus in Arca Arcani Theat. Chym. Vol.*6. *pag.*309. ubi ſic ait. Præter hæc etiam hoc te ſcire volo, quòd ex o-mnibus metallis fieri poſſit lapis Philoſophorum, in-primis cùm adhuc in minerâ ſuâ latent, quamprimùm autem igni committuntur; tunc ſpiritus tingens abit, & corpus ſuum poſt ſe mortuum relinquit.

Notandum autem hîc eſt, quòd, etſi tinctura phy-ſica ex omnibus metallis ignem non expertis præpa-rari valeat, ex uno tamen faciliùs, quàm ex altero conficiatur: quædam enim metalla nimis ſtrictè li-gata, quædam nimis impura, & ſolutu difficilia ſunt. Quamobrem Philoſophi, inquit præfatus author,

proximiorem, & faciliorem viam elegerunt, & illas materias, quæ facilioris sunt solutionis, acceperunt. in quibus primum ens, & vis generativa, & multiplicativa abunde adhuc ineſt, ut tantò citiùs finirent. Atque hæc tyroni chymico de triplici mineralium genere, ac materiâ lapidis Philoſophici, quantum ei ſcire neceſſum, & mihi dicere licitum eſt, dicta ſufficiant.

CAPUT XVI.

Quid ſit Mercurius Philoſophorum, & quæ inter Vulgarem ac Philoſophicum differentia?

MIrandas profectò, ac ineffabiles attribuere ſolent Philoſophi mercurio ſuo virtutes, ut paſſim in eorum libris videre eſt; ſic enim *Fons Chym. Philoſ. Philaleta Muſ. Herm. pag.* 804. inquit. Amen dico tibi, quòd niſi creâſſet omnipotens hunc mercurium, impoſſibilis eſſet metallorum transmutatio, quia ſol non tingit, niſi priùs tingatur, non autem tingitur, niſi aquâ hâc noſtrâ divinâ. O beatificam hanc humiditatem, quæ cœlum eſt Philoſophicum, unde delicias ſuas inæſtimabiles hauſerunt Sophi! O aquam permanentem, ſolem diſſolvens, & emendans, nitrum noſtrum, & ſal Petræ mirabilis! cujus pretium eſt inæſtimabile, cùm tamen parvi æſtimetur. *idem paulò infra dicit.* O felices illos, quos hunc noſtræ aquæ fontem adire licet! ex illo enim ſi biberint, & fruſtulum poſtea de carne pingui comederint, ut Principes per totam vitam in terra regnabunt. Totum igitur artis ſecretum conſiſtit in hoc mari noſtro cognoſcendo, quod quicunque ignoraverit, nummos ſuos, ſ

quo

quos circa hoc opus impendat, perditioni jam dudùm deſtinavit. Hæc ille.

Ut autem tyro chymicus exactam Mercurii Sophici obtineat cognitionem, in illius gratiam primò diverſitatem nominum hujus mercurii, dein verò genuinam afferam ejus definitionem, & ultimò differentiam inter mercurium vulgarem, & philoſophicum adducam.

Infinitis penè nominibus hic mercurius â Philoſophis nuncupari ſolet, uti optimè annotat *Philaleta de Metall. Metamorph. Muſ. Herm. pag.* 770. dicendo: hic eſt cuſtos noſter portenarius, balſamum noſtrum, oleum, mel, urina noſtra, ros Maji, fæmella, mater, ovum, furnus ſecretus, clibanus, cribrum, marmor, ignis verus, Draco Venenoſus, Theriaca noſtra, Vinum ardens, Leo viridis, Avis Hermetis, Anſer Hermogenis, anceps hic gladius in manu Cherubin, qui viam arboris vitæ tuetur, infinitis aliisque nominibus inſignitur. Vocatur autem hic Mercurius potiſſimum à Philoſophis aqua ſicca manus tangentis non madefaciens, uti benè inſinuat *Aquarium Sapient. Muſ. Herm. pag.* 84. ubi ſic fatur. Nominant quoque aquam Oceani, aquam vitæ, imò puriſſimam benedictiſſimamque aquam, nec tamen eſſe aquam nubium vel alicujus ſcaturiginis, ſed craſſam, permanentem, & ſalinoſam, atque pro diversâ conſideratione, ſiccam, quæ manus non humectet. Et *Michael Sendivog. in Nov. Lum. Chym. Muſ. Herm. pag.* 572. aqua verò noſtra, aqua eſt cœleſtis, non madefaciens manus, non vulgi, ſed ferè pluvialis.

Mirabilis profectò Mercurius Sophicus aqua eſſe

debet, cum manus tangentis non madefaciat; aqua est, quæ levis est, & gravis, frigida, humida, calida, atque sicca, quemadmodùm succinctè comprobant. Die wunderliche Begebenheiten deß vnbekandten *Philosophi pag.* 131. ubi Author sic de hac aqua loquitur: Dises ist das Wasser/welches Naß/ vnd nit Naß machet/ es ist das Wasser deß Lebens/ vnd das Wasser deß Todes/ es tödtet/vnd machet zugleich wider lebendig/ es ist kalt/ es ist warm/ es ist trocken vnd feuchte/ es ist das Wasser/ welches allein dienet/ vnd man siehet es doch nicht. Es ist das leichte Wasser/welches doch schwer ist am Gewicht/ es ist ein schwartzes Wasser/ das vil weisser ist als der Schnee/ es ist kothig/ vnd doch klar vnd Chrystallinisch/ es ist stinckend/vnd erquicket mit seinem lieblichen Geruch. Es ist ohne Farbe/vnd ist auch Weiß/Schwartz/Gelb/Roth/ Grün/ vnd Bund wie ein schönes Feld. Dises ist das Wasser vnsers Meers/ worauff die Philosophi glücklich seglen/ aber die Kohlen-Blaser vnd Alchimisten Schiffbruch leiden. Hæc ille.

Qualis autem hæc ipsa sit aqua Philosophica, ubi & quomodò invenienda, hic labor, hoc opus est, ut bene advertit *Lux Septuplex Astralis Cap.* 1. sic inquiens. Mercurium Philosophorum esse aquam eorum passim quidem legitur in libris sapientum, at quid e ipsa aqua sit, in dubio adhuc restat, adeò, ut initiatores artis, dùm hac de aqua audiunt, aliud potiùs subjectum sibi imaginentur, quàm id, ex quo natura in visceribus terræ septem metallorum species cudit.

Nec res est levis & exigui momenti Mercurium Philo-

Philosophicum exactè, & perfectè cognoscere, cùm totum artis secretum in illo cognoscendo solummodò consistat. Et quamvis hic Mercurius in omnibus sit creatis, inque omni tempore, nihilominùs paucissimi eundem rectè agnoscunt. Hinc etiam fit, quòd infiniti Chymici immensis sumptibus, & laboribus in arte naturali, Philosophica nihil unquam proficiant; nam uti Philaleta inquit, quicunque hanc aquam, sive Mercurium sapientum ignoraverit, nummos suos, si quos circa hoc opus impendat, perditioni jam dudum destinavit.

Multi quidem audientes Mercurium Sophicum ubique existere, mox ex vegetabilibus, mox ex animalibus eundem in furnis suis destillatoriis extrahere conantur. Ast tales longè falluntur, & eo ipso in Alchymia nihil efficiunt, cùm Mercurium non ex verâ, debitâque materiâ, ex quâ extrahi deberet, extrahant: licet enim ipse in omni sit loco, inque omnibus creaturis, ex iis tamen cunctis extrahi minimè valet, quatenùs nempe ad nostram æquè hominum, ac metallorum medicinam universalem utilitatem quampiam præstare possit; Nam certa quædam solummodò juxta Sendivogiũ MercuriusSophicus obtinet palatia, in quibus veris Philosophis audientiam præbet.

Ut itaque tyro chymicus veram, ac fundamentalem hujus mercurii & aquæ tam mirabilis possit habere cognitionem, genuinam hìc afferam definitionem, quam ponit *Lux Septuplex Astralis Cap.* 1. ubi sic ait. Quare inquam Mercurius sapientum est aquà ex regno minerali desumpta beneficio artificis eri, atque duas habens extremitates, quarum una est

minera, altera metallum, duo item in ſe continens puncta, quorum unum ſoli, alterum Lunæ correſpondet.

Huic definitioni adſtipulari videtur *Philal. in Introit. Apert. ad Occluſ. Reg. Palat. Muſ. Herm. pag. 653.* dum ait. Ignis eſt mineralis ſulphuris, & tamen non propriè mineralis eſt, nedum metallicus; at medius inter mineram, & metallum, neuter utriusque particeps, chaos ſive ſpiritus. Et hic ſpiritus vocatur â Philoſophis Caduceus Mercurii; nam Caduceus Mercurii (uti bene inſinuat *Anonymus in Laborat. Chym. Vulg. cap.7.*) pingitur in formâ duorum ſerpentum baccillo cuidam involutorium V.G. quod ita intelligendum, ſpiritus nempe maſculinus dicitur ſerpens, ſpiritus fœmininus pariter ſerpens, ex quibus duobus ſimul ſumptis, & invicem copulatis reſultat quidam Tertius ſpiritus, ſive Mercurius Hermophroditicus, qui inter duos primos eſt medius, ideò in medio illorum pingitur. Ubi tamen notandum, quòd, dùm dicitur medius, non dicatur ideò medius, quaſi verò ille ſolus eſſet in medio, licet in figurâ hyeroglyphicâ illius ſceptri pingatur in medio; nam quoque ambo alii ſunt in medio compoſiti, ſed ideo hyeroglyphicè in medio ponitur loco, quia ſcilicet, poſtquàm alii duo extremi ſimul ſumuntur, & conſiderantur in uno, illud unum nec eſt mas, nec eſt fœmina, ſed unum conſiſtens ex gemino ſexu Maſculino ſcilicet, & Fœminino, id eſt pars illius eſt Fœminea, pars verò Maſculina, unde Mercurius hic hermophroditicus ſimul ſumptus dicitur benè medius inter marem & fœminam. Hæc ille.

Sed

Sed ut ad allatam primam definitionem redeam, dico eandem veram omninò, ac genuinam eſſe; ex hac enim Mercurii dilulidatione, quis non videt excludi omnia vegetabilia, ex regno ſcilicet vegetabili deſumpta, ſicut & animalia ex regno animali excerpta? Fateor equidem, ait *Lux Septuplex Aſtralis Cap.* 1. in compoſito noſtro eſſe animam, ſeu ens quoddam animale, item ens quoddam vegetabile, at ea eſſe ex regno vegetabili, aut animali deſumpta, Philoſophiæ veræ alumno dicere convenit minimè. Et hi duo ſunt ſcopuli illi, in quos numerus Chymicorum penè infinitus impingit; nam hi audientes de anima, & ſpiritu, & quòd materia medicinæ univerſalis Phyſicè ſit in omni loco, atque omni tempore, inque omnibus creaturis, mox ex regno vegetabili, mox ex animali eam in furnis ſuis deſtillatoriis extrahere conantur. O vos chymiſtæ, ſi ſaltem Philoſophos pauculos legiſſetis, ex profundo veſtro errorum cœno exſurgeretis; numquid enim ſapientes, dum de anima, & ſpiritu locuti ſunt, animam ſpiritumque metallicum intellexerunt? & cùm rem hanc noſtram, quam pro materia aſſumimus, in omni loco, inque omni tempore exiſtere aſſeruerunt, anne ex omnibus eam rebus deſtillandam, extrahendamque arbitrati ſunt? minimè; at ex regno Minerali eſſe petendam docuerunt. Eſto enim in omni trino ſit regno, inque omni creatura, ex iis tamen cunctis eſt id ens extractu impoſſibile, quatenus nempè ad medicinam noſtram univerſalem, utilitatem quampiam præſtare poſſit; etenim priusquam ex quibusdam extraheretur, vita potius inquirentis deſineret.

Ex his itaque dictis clarissime patet Mercurium Philosophicum esse longe diversum ab illo Vulgari, qui apud aromatarios & pharmacopolas prostat; maxima profectò inter utrumque differentia intercedit, uti benè docet *Instruct. de Arb. Solar. Theat. Chym. Vol.6. pag.* 178. *Primò* Mercurius Vulgi aurum & argentum non solvit, nec se ita commiscet cum illis, quin ab illis separari possit: sed noster Mercurius aurum, & argentum solvit, & cum illis ita miscetur, ut nunquam ab illis separari possit.

Secundò, Mercurius Vulgi in se habet sulphur atrum pessimum combustibile: Noster verò Mercurius sulphur incombustibile fixum albissimum & ruberrimum continet.

Tertiò, Mercurius Vulgi est frigidus & humidus, noster verò est calidus, & humidus.

Quartò. Mercurius Vulgi corpora metallica denigrat: noster verò Mercurius illa dealbat, & ad candorem chrystallinum adducit.

Quintò. Cùm Mercurius Vulgi præcipitatur, tunc fit ex illo pulvis flavus, & pessimum sulphur. Nostrum autem argentum vivum, mediante calore in sulphur albissimum fixum, & fluxile transmutatur.

Sextò. Quantò plus Mercurius Vulgi coquitur, tantò fit subtilior, & volatilior. Noster verò contrarium facit, quantò enim magis coquitur, tantò fit spissior, & minùs fluxilis.

Ex his igitur circumstantiis facilè quivis prudens considerare poterit, quantùm differat Mercurius Vulgaris â Philosophico, & quàm graviter decipiantur illi, qui Vulgarem pro Philosophico substituunt, cùm ille

ille sit corpus metallicum, crudum, immaturum; & verè metallum; hic verò merus spiritus & semen metallorum. O itaque Beatum Mercurium Nostrum; (exclamat *Philaleta Mus. Herm. pag.* 810.) qui nos liberat â tot laboribus, quos Sophistæ patiuntur! illi enim multas suis manibus operationes faciunt, & nihil proficiunt, quia verum naturæ cursum ignorant: Nos verò nihil facimus, sed omnia Mercurio facienda committimus, qui meliori methodo juxta naturalem suum instinctum progreditur, quàm quivis hominum possit excogitare. Atque hæc de Mercurii Philosophici Genealogia, ejus diversitate nominum, definitione, ac differentia inter Vulgarem, & Philosophicum dicta sufficiant.

CAPUT XVII.

Quòd opus Philosophicum ex una sola re, & non pluribus conficiatur.

OMnes, quotquot hactenus de hac arte nobilissimâ scripserunt Philosophi, sive Græcè, Hebraicè, aut Latinè, aut alio quovis sermone, in hoc unanimiter conveniunt, opus Philosophicum ex una sola materia, & unico tantùm medio perfici; quamvis enim appareat, uti Senior ait, quodammodò Philosophos diversa tractare sub varijs diversisque nominibus; nihilominùs nil nisi rem unicam intelligunt. Hoc attestantur dicta *Alani Philosophi de Lap. Philos. Theat. Chym. Vol.* 3. *pag.* 725. ubi sic legitur. Ars ista in multitudine specierum minimè consistit, sed in corpore & anima. Est autem reverâ medicina nostri lapidis res unica, vas unum, conjunctio una, unum re-

gimen, atque decoctio; totum enim magisterium cum re unica, videlicet Mercurio inchoatur, & cum re eâdem scilicet Mercurio terminatur, & perficitur.

Concordat in hujus rei veritate *Richardus Anglic. in Correct. Theat. Chym. Vol. 2. pag. 395.* dicendo: lapis est unus, una medicina, quæ secundùm Philosophos dicitur Rebis, id est ex bina re, scilicet ex corpore, & spiritu, albo vel rubeo, in quo multi fatui erraverunt diversimodè exponentes illud:

Est Rebis in dictis rectissima Norma figuris.

Id est duæ res, & hæ duæ sunt una res, id est aqua conjuncta corpori, quâ corpus solvitur in spiritum, id est in aquam mineralem, ex quâ factum est ab initio, & sic ex corpore, & spiritu fit una aqua mineralis, quæ dicitur Elixir, id est fermentum.

Quibus assentitur etiam *Theob. de Hogelande Theat. Chym. Vol. 1. pag. 164.* materiam enim lapidis unicam, & specie, & numero esse constat, quamvis postea in plures veluti rivulos spargatur, prout auctor est Moriens. *hoc Magisterium,* inquit, *ex una radice primùm procedit, quæ postmodum in plures res expanditur, & iterùm ad unum revertitur.* Et Geber in sua summa dicit. Lapis noster unus est, una medicina, cui nihil addimus, nec quicquam minuimus, tantummodò superflua removemus. Et *Joan. Isaacus Hol. Oper. Miner. Theat. Chym. Vol. 3. pag. 413.* sic ait. Ante omnia in opere magno labora, in eo enim nulla cura, nec destillatio, nec congelatio, nec mundificatio, nec opera peregrina, nec res peregrinæ, nec immundæ, fæces habêtes; nec calcinas, nihil enim opus: non separas elementa, munda quippe sunt; nulla re opus habet:

unum

unum eſt genus, res una, & vas unum, fornax una; ac unum opus ad album ac rubrum, ac nullum periculum in opus poteſt incidere. Unde Veteres dicunt, opus non eſt, niſi opus muliebre, ac ludus puerilis, ignari percipere nequeunt, quia opus tam eſt ſimplex.

Proinde concludere verè poſſumus, inquit *Dionyſ. Zacharias*, omneque dubium reſolvere, materiam ex quâ divinum opus noſtrum componimus, non eſſe niſi unam rem ſolam in omnibus, & per omnia ſimilem illi materiæ, quâ natura utitur in concavitatibus terræ ad procreationem metallorum. Oportet igitur inquiſitorem hujus artis conſtantis eſſe voluntatis ut non modò hoc, modò illud attentare præſumat, quoniam in rerum multitudine ars noſtra non perficitur.

Hinc conſtat, quàm graviter errent Pſeudochymici, ac Vulgares Alchymiſtæ, qui plures, & diverſas materias ad faciendum lapidem Philoſophicum conjungunt, cùm tamen omnes veri Philoſophi, qui in opere magno laboraverunt, in hoc unanimiter conſentiant, unam unicam rem præ manibus ſumendam, ex qua præparetur lapis Philoſophorum. Quæ cùm ita ſint, concludo cum *Davide Lagneo*, omnem pluralitatem dimittite; Natura enim unâ re eſt contenta, & qui eam ignorat, peribit.

CAPUT XVIII.

Probatur, Quòd non detur duplex via, humida ſcilicet, & ſicca; ſed unica ſit tantum vera via conficiendi lapidem Philoſophicum.

QUemadmodum unicum ſolummodò in toto mundo invenitur verum ſubjectum Philoſophicum,

cum, ex quo omnes Sapientes genuinum aurum potabile seu Benedictum lapidem perfecerunt, ita quoque unica sola tantùm â veris Philosophis assignatur via, ad hortum Hesperidum perveniendi, sive unicus tantummodò habetur modus lapidem Philosophicum conficiendi: consequenter non datur duplex via, humida scilicet, & sicca, uti plurimi sibi persuadent, hoc clarissimè demonstratur ex Philosophorum scriptis; sic enim *Philaleta in introit. Apert. ad Occlus. Reg. Palat. Mus. Herm. pag.* 682. inquit. Hic magnus est ille labyrinthus, in quo tyrones ferme omnes hærent, quia Philosophi in libris suis de utraque viâ scribunt, quæ reverâ non sunt, nisi via una.

Concordat in hujus rei veritate *Margarita Pretiosa M. Petri Boni Theat. Chym. Vol.* 5. *pag.* 578. ubi sic ait. ergò plures viæ perfectionis, & plures materiæ possunt esse in hac arte? Et nos respondemus, quòd sola una via est, & una materia. Et paulò infra una sola via â principio usque ad finem est per se, quia intentio, finis, & modus est unus solus, & ideò una sola via ad ipsum.

Hoc attestatur etiam *Harmonia Chymica Davidis Lagnei Theat. Chym. Vol.* 4. *pag.* 729. dicendo: unâ viâ, unâ re, una dispositione, uno actu totum magisterium terminatur. Et *via Veritatis Mus. Herm. pag.* 195. Inter alia affirmavi, quòd viæ ad seductionem multæ, variæque, ad veram rectamque artem. verò unica & solitaria sit. Et *pag.* 196. ait. ad multifarias diversimodasque materias, & substantias viam præmonstrant, cùm tamen unica aliqua, & vera via veritati sufficiat.

Hoc

Hoc idem confirmant *secreta Alchymiæ D. Thomæ Aquinatis in Tract. ad fratrem Reinaldum cap. 2. Theat. Chym. Vol. 3. pag.* 279. Ubi ſic ait: Opus noſtrum in una re, unâ viâ ſecundum Hermetem, & unâ operatione perficitur. Et *Dionyſius Zachar. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 725. Omnium igitur opinio eſt, unicâ viâ divinum hoc noſtrum opus perfici.

Ex quibus omnibus, cùm textus, per ſe ſint clariſſimi, evidentiſſimè conſtat, quòd non detur duplex via, uti plurimi Philoſophaſtri ſibi perſuadent intelligentes ad litteram Baſilium Valentinum, qui duas ponit vias, nempe den Naſſen vnd Drucknen Weeg. Nam uti ſuperiùs Cap. 4. inſinuatum eſt, ſcripta Philoſophorum ſecundùm poſſibilitatem Naturæ tantùm ſunt conſideranda.

Quare rectè increpat Pantaleonem hujus opinionis Authorem *Falx in Bifolium Pontaleonis Cap.* 2. ubi ſic loquitur: Pluresque vias diverſo forſan tempore dari affirmas ad componendum lapidem benedictum, quamvis non multi, uti dicis, ſed omnes antiqui, & moderni Philoſophi adepti affirment, unicam rem, unicam viam, unicum modum ad hoc Magiſterium ducere, quod infallibiliter verum eſt, quia ab omnibus Sophis excluditur iſta tua duplex via, humida & ſicca via ſunt tantùm una linealis. In itinere enim noſtro non videmus niſi terram, & aquam, quando videmus aquam, tunc via humida appellatur, quando videmus totam aquam converti in terram, tunc dicitur via ſicca. hæc ille.

Quòd igitur duplex via non ſit admittenda, hoc graviſſimæ Philoſophorum Authoritates ſufficienter comprobant, & atteſtantur: quæ quidem licet veriſſi-

mæ ſint, nihilominùs non me later, quin plurimi Chymaſtri his ipſis adductis Philoſophorum Authoritatibus contradicent. Ut autem tales Philoſophaſtri de hac re dubitare ampliùs non valeant, & ſuos errores, ac phantaſticas opiniones eò meliùs comprehendere poſſint, quare pro tuendâ rei veritate efficaces quoque rationes adducere, atque ſic probare volui: Quæro etenim ex adverſarijs an hæc duplicitas habeatur reſpectu ignis extrinſeci, ita ut alius ſit ignis in via eorum humidâ, & alius in viâ eorum ſiccâ: vel verò ex parte ſubjecti Philoſophici, ita ut alia habeatur materia in viâ humidâ, & alia rursùs materia in viâ eorum ſicca? atqui neutrum horum dici poteſt, ergò duplex via non eſt admittenda.

Quòd autem ex parte ignis digerentis, atque materiam moventis hæc duplicitas non habeatur, ſic oſtenditur: Secundùm totam Philoſophorum turbam prima materiæ digeſtio debet eſſe ejuſdem materiæ in aquam reductio, ad hoc verò efficiendum duplex ignis eſſe nequit, ergo Major conſtat ex communi Philoſophorum conſenſu. minor ſic probatur: quæro namque ex adverſarijs, utrùm ignis in viâ eorum ſiccâ habeat qualitates diverſas ab igne in viâ humidâ, aut non? ſi itaque unus ignis non habet alias qualitates, quàm habet alter ignis, ergò ignis. qui adhibetur pro viâ humidâ, coincidit cum igne viæ ſiccæ: ponamus enim tam ignem A. viæ humidæ, quàm ignem B. viæ ſiccæ habere qualitates frigiditatis, & humiditatis, & quidem in eodem gradu, uti ſupponimus, quommodo igitur, quæſo, unus ignis ab altero differre poterit:

Neque dicat quis, quòd ignis A. pro via humida habeat

beat alias qualitates, quàm ignis B. pro via ſicca: nam contra eſt, quòd tam in una, quàm altera via (ex ſuppoſitione, ſi duæ eſſent viæ) materia Philiſophica in aquam ſit redigenda, per conſequens etiam uterque ignis eaſdem habere debet qualitates aquoſas, uti eſt frigiditas & humiditas; ſi enim hæ qualitates vel igni A, vel igni B. deeſſent, tùm ſubjectum in aquam redigi nequiret: nam redigere in aquam aliquod ens, eſt in illo ente producere eas qualitates, quæ ſunt ad ponendam aquæ formam diſpoſitivæ, hujusmodi autem ſunt frigiditas & humiditas, quam nemo ſanæ mentis homo negabit; ergò ſi qualitatis, & humiditatis tam igni A. quàm igni B. ſunt neceſſariæ ad hoc, ut ſubjectum Philoſophicum in aquam reducatur, conſequenter reſpectu ignis extrinſeci duplex via minimè eſt admittenda.

Nec quoque ex parte materiæ hæc duplicitas admitti poteſt: quæro enim pariter ex adverſarijs, an materia in via humida differat â materia viæ ſiccæ, & qualis hæc ſit differentia, an in qualitatibus, vel in ſubſtantia? in ſubſtantia non eſſe poteſt ulla differentia, quia quamcunq; viam aſſignaverint, ſemper pro materiæ ſubſtantiâ Mercurius Philoſophorum Hermophroditicus utroq; ſexu pollens eſt accipiendus, quod nullus negare poterit, niſi quis contra mentem omnium Philoſophorum Phantaſticam quandam viam proſequi ſibi præſumeret, ergò quoad ſubſtantiam nulla datur differentia, nec duplicitas.

Neque etiam in accidentibus ulla eſſe poteſt differentia: nam accipiatur Mercurius Philoſophicus A. in viâ humidâ, & Mercurius Philoſophicus B. in via ſicca, quæro an Mercurius A. habeat alia accidentia,

quàm

quàm Mercurius B. ita ut ille ſit extrinſecè madefaciens, hic verò non madefaciens? Non primum, quia in quocunque opere Phyſico, & in quacunque viâ nunquam Mercurius Philoſophicus debet madefacere manus tangentis; qui hoc negat, is Philoſophorum omnium documenta negat, & ſeſe hominem ignorantem eſſe clarè demonſtrat. Neque dicat quis in via humida capiendum eſſe ens quoddam liquidum, in via verò ſicca non liquidum; nam contra eſt, quòd Mercurius Philoſophorum liquiditatem nullam habeat extrinſecè apparentem, & hoc in viâ quacunque, ergò â primo ad ultimum duplex non datur via humida ſcilicet, & ſicca. Quare concludendum eſt, quòd unica ſola vera, & directa, quam ſolam etiam omnes Philoſophi perambulârunt, ad hortum Heſperidum reperiatur via linealis, extra quam ambulare eſt cadere in magnum labyrinthum.

CAPUT XIX.

Quid ſit, & quomodo fiat Solutio Philoſophica.

SOlutio eſt prima, præcipua, & maximè neceſſaria operatio in opere philoſophico, uti complures atteſtantur Philoſophi: ſic enim *Roſarius Abbreviat. Theat. Chym. Vol.3. pag.*650. inquit: prima præparatio, & fundamentum artis eſt ſolutio, id eſt corporis in aquam reductio. Et *Avienna* aſſerit. Verum principium noſtri operis eſt diſſolutio lapidis. *Ludus Puerorum* ait: Artifex noſtri operis primo debet lapidem ſolvere, deinde coagulare; quoniam opus noſtrum nihi

nihil aliud eſt, quàm facere perfectam ſolutionem, & coagulationem.

Sicuti autem ſolutio eſt primus, & maximè neceſſarius labor in arte philoſophicâ, ita & difficillimus exiſtit, uti bene advertit *Brevis Manud. ad Rubin. Cœleſt. Philaleta Muſ. Herm. pag.* 798. hæc operatio non eſt levis operis, aut momenti, quàm enim ſit difficilis, qui illi inſudârunt, atteſtari poſſunt. Et *Eobaldus Vogelius Theat. Chym. Vol.* 3. *pag.* 554. circa hujus cognitionem mùlta deſudârunt præclariſſima ingenia, & tamen eam aſſequi non potuerunt: eſt enim totius operis chymici ſecretiſſimum arcanum, quod ſi quos ſuâ induſtriâ, vel per doctrinam alterius inveſtigatum invenerit, profectò nec reliqua artis regimina eum latebunt. Unde ſcribit *Bernardus Comes Trevíſanus in Epiſtola ad Thomam de Bononia.* qui novit artem, & ſecretum diſſolutionis, pervenit quidem ad artis ſecretum, quod eſt ſpecies permiſcere, & naturas ex naturis extrahere, quæ in ipſis latent effectuosè.

Non immeritò itaque ſolutio auri apud Philoſophos pro ſummo artis ſpagyricæ arcano habetur, cùm totum hujus operis negotium in illa conſiſtat: hinc aſſerunt philoſophi: *faciliùs eſt aurum conſtruere, quàm deſtruere.* Quid igitur ſit ſolutio Philoſophica, & quomodò fieri oporteat, in gratiam huj⁹ artis tyronum apertè ſatis declarabo. Solutio, uti *ſcala Philoſophorum* refert, eſt occulti revelatio, craſſi attenuatio, rei duræ & ſiccæ in quandam liquidam ſubſtantiam reductio. Et *Brevis Manud. ad Rubin. Cœleſtem Philaleta Muſ. Herm. pag.* 798. ait. Eſtque diſſolutio lapidis noſtri in

primam suam materiam reductio, humidi manifestatio, & naturarum â sua profunditate extractio.

Hæc autem solutio aquis fortibus, & spiritibus corrosivis fieri minimè debet, uti omnes unanimiter attestantur Philosophi; nam omnes aquæ acutæ corpora tantùm corrodunt, corrumpunt, & destruunt, uti bene annotat *Bernardus Comes Trevisanus*, corpora quidem per aquas fortes corroduntur, sed non solvuntur, at quantò magis corroduntur, tantò magis â metallicâ specie alienantur. Hinc rectè *Sendivogius in Novo Lum. Chym. Mus. Herm. pag. 572.* Lectorem admonitum velim, duplicem esse solutionem, licet multæ sint aliæ solutiones, at inutiles: una tantùm est vera naturalis, secunda est violenta, sub quâ aliæ comprehenduntur omnes. Naturalis ejusmodi est, uti pori corporis aperiantur in aqua nostra, quo digestum emittatur semen, & matrici suæ imponatur. *Idem pag. 584.* inquit. Vobis dico, quòd opus est rem quærere aliquam, quæ occulta est, ex quâ fit (miro modo) talis humiditas, quæ aurum sine violentia, seu strepitu solvit, imò ita suaviter & naturaliter, sicuti glacies aquæ calidæ beneficio liquescit. Si hoc invenistis, habetis rem, ex qua aurum â natura productum est.

Ut autem tyro chymicus hæc melius percipere possit, sciendum ei necessariò est, quod solutio Philosophica non fiat in aquam, quæ manus madefaciat, uti plurimi Philosophrasti sibi persuadere volunt: hoc probatur ex *Eobaldo Vogelio de Mater. Tenuit. Theat. Chym. Vol. 3. pag. 554.* Ubi sic expressè dicit. Philosophi non laborant de aquis tangenti adhærentibus,

aut

ut diaphanis, quæ cum metallis miſceri non poſſunt. Inde legimus in turba, inſipientes audientes aquam, putant eam eſſe aquam pluviæ, aut fontis, ſed ſi libros noſtros legiſſent, ſcirent utique eam eſſe permanentem. Et *Anonymus in Tract. Aur. de Lap. Philoſ. Muſ. Herm. pag.* 37. aſſerit. Nulla fit ſolutio in aquam, quæ manus madefacit, ſed in aquam ſiccam, quæ non modò mercurius, ſed etiam ſulphur dicitur.

Ubi iterum notandum venit, quòd ſolvens cum ſolvendo ita conjungi debeat, ut ab eo nunquàm amplius ſeparari poſſit. hoc optimè inſinuat *Bernardus Comes Treviſanus in Epiſtola ad Thomam de Bononia* dicendo: ſolutio requirit permanentiam ſimul ſolventis, & ſoluti, ut ex utroque nempe maſculino, & fœminino ſemine nova ſpecies reſultet: amen dico tibi, quòd nulla aqua naturali reductione ſpeciem metallicam diſſolvit, niſi illa, quæ permanet eis in materia, & forma, & quam metalla ipſa ſoluta poſſunt congelare. Hinc etiam *Rupeſciſſa* inquit: nulla aqua verâ reductione metalla diſſolvit niſi illa, quæ in congelationibus permanet.

Perſuadere autem nunc ſibi poſſet quiſpiam, cùm dixerim ſolutionem debere fieri per aquam manus non madefacientem, quòd mercurius Vulgaris ſit illa aqua ſicca Philoſophorum; at profectò hic procul erraret, quoniam argentum vivum Vulgare nullo modo poteſt eſſe ſolvens Philoſophicum, quocunque etiam artificio præparetur, uti ſuprà Cap. 14. ſuccinctè probatum eſt. Unde rectè *Lux Obnubilata Suapt. Nat. refulg. pag.* 97. ſic loquitur. Quid dicendum de Mercurio Vulgi, quod ab ignaris pro ſolvente, aut terra

philoſophiça, in quâ fructus iſte ad multiplicandu
poni debet, accipitur? & reſpondet author pag. 9
his verbis: tamen munus illud ſolvendi non habe
quia in aliam ſubſtantiam tranſivit, nec priſtinam p
ritatem, aut ſimplicitatem habet, eſt enim corp
metallicum humiditate ſuperfluâ turgens, & terr
lividitate, ut ineptum ſit huic officio. Hoc atteſtat
etiam *Eobaldus Vogelius Theat. Chym. Vol.3. pag.55*
Satis evidenter liquet, quanto in errore verſati ſint h
ctenus, & verſentur etiamnum hodie, qui aurum, a
gentumque, vel alia metalla cum argento vivo vu
gari ſolvi poſſe ſperant, & veram philoſophorum ſ
lutionem prætereunt.

Cùm igitur tam difficilis ſit inventu vera aqua ſo
vens Philoſophica, quare omnes hujus artis tyron
fideliter admoneo, ut ſecum probè perpendant, d
ligentiſſimè inquirant, atque in libris ſapientum ſt
deant, quænam ſit illa aqua ſicca Philoſophorum, a
tequam manus operi accingant; ne aliàs & tempor
& pecuniarum jacturam patiantur. Quoniam *Fo*
*Chemicæ Philoſoph. Philaletæ Muſ. Herm. pag.*804. d
cit. Quicunque hanc aquam ignoraverit, numm
ſuos, ſi quos circa hoc opus impendat, perditioni ja
dudùm deſtinavit. Nam cognitio menſtrui, ut
Raymundus Lullius, eſt una de rebus, ſine quâ ni
fieri poteſt in Magiſterio hujus artis: Nulla enim
eſt, quæ conjungat metallorum diſſolutiones, niſi n
ſtrum menſtruum, quia ipſa eſt aqua, cum quâ fit m
tallorum diſſolutio, cum earum ſpecierum conſerv
tione. Atque hæc de ſolutione Philoſophica di
ſufficiant.

CAPU

CAPUT XX.

Agitur de Vitro Philoſophico.

IN ſtructura vaſis, ſeu inventione vitri philoſophici non minima latet difficultas, nec res eſt exigui momenti, quemadmodum ſibi plurimi perſuadent. Hoc optimè annotat *Lux Septuplex Aſtralis Cap* 5. ubi inquit. Circa vas ad hoc opus idoneum reperiendum Vulgares deſtillatores anxii minimè ſunt, arbitrantes dummodò ſi veram obtinerent medicinæ hujus materiam, ſe opus complecturos in quacunque phiola, ſive hæc ſit ex ſpondilibus ſpiſſis, ſeu non, ſive magna ſeu parva, aut ex vitro quocunque, dummodo diaphana ſit, atque rotunda, inque ſuperiori colli parte luto, ut vocant, quodam Hermetico obſtructa, dum poſtea res non ſuccedit, aut fractioni vitri, aut ſanè regimini ignis non benè directo culpam attribuunt. O Lyræ Lyræ! O Gerræ Gerræ, vel ipſi Plauto nauſeabundæ! neſcitis enim, aut non in ſcriptis ſapientum legiſtis, in vaſis ſtructura non eſſe rem exigui momenti? Hæc ille.

Unicum quidem tantummodò vas ad opus Philoſophicum requiri dicunt Philoſophi, atque in hoc fermè omnes conveniunt; ſed quàm difficile ſit illud ipſum vas invenire, bene advertit *Theob. de Hogelande de Alchem. Difficult. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 177. cùm dicit. Iſtud autem cùm unicum dicant, ejus inventio non parùm impedimenti inquirentibus adfert, neque veriſimile videtur in unico vaſe poſſe tam diverſa artis regimina exerceri, ſublimationem videlicet, calcinationem, deſtillationem, ſolutionem,

inceratione m, & similia. Aut igitur unicum esse non potest, aut tot rei præparationes, nil nisi mera figmenta, & verborum involucra meritò censebuntur.

Vasis igitur inventio est una de rebus maximè difficilibus in toto opere Philosophico, & nullus Philosophorum illud expresse docuit: hoc attestatur *Mari Prophetissa* in hunc modum loquens. Omnia docent Philosophi præter vas Hermetis, quia illud est Divum & de sapientiâ Domini gentibus occultatum; & illi qui illud ignorant, nesciunt regimen veritatis, propter vasis Hermetis ignorantiam.

Asserunt quidem Philosophi: vas Philosophorum est aqua eorum: item dicunt: in aquâ nostrâ fiunt omnes modi operationum, scilicet sublimatio, destillatio, solutio, calcinatio, fixatio, in dictâ aquâ fiunt tanquàm in vase artificiali: Sed quænam illa ipsa sit aqua Philosophica, hic labor, hoc opus est! unde rectè *Theob. de Hogelande Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 17 dixit. Quamvis autem cum aqua fieri posse dicantur omnes operationes, tamen aquam ipsam vase quopiam contineri necesse est, in quo sapientes plurimùm discordant. â diversis enim diversa præscribuntur, unus vitrum cum longo & stricto colo, ventre rotundo, alter cucurbitam cum alembico, tertius vas cum duabus cannis, quidam vas supra vas, nonnulli Aludel sive sublimatorium præscribunt, & alia infinita.

Quid igitur in hac re tam ardua erit sentiendum? Dico itaque vas Philosophicum in formâ cœlestis lunæ rotundum esse debere, & Phiolas Vulgares ad hoc opus prorsus esse inutiles: hoc attestatur *Lux Septuplex Astralis cap.* 5. ubi sic expresse inquit. Tibi i

veri

veritate dico Phiolas communes, quamvis etiam figuram ovorum referrent, ad hoc opus penitùs eſſe inutiles; cupis nôſſe cauſam? en tibi præſto eſt: quia Phyſicæ in iis deſtillationes ad amuſſim perfici nequeunt.

Oportet igitur conditionem vaſis conjecturari ex natura lapidis, unaquæque enim res in loco ſibi conveniente generatur. Sic metalla in ventre terræ decoquente gignuntur, fætus in utero, & pullus in teſtâ procreatur: ſic niſi artifex vas aptum habeat, in quo artis & naturæ operationes perficiat, profectò fruſtra laborabit. Unde rectè Haly dixit. Niſi res Magiſterii inveniat vas ſibi idoneum, totum opus deſtruitur, & ejus operarii quæſitum non inveniunt, nec ipſa res prodit in effectum generationis.

Quam neceſſaria itaque ſit vaſis cognitio, quivis prudens facilè colligere poterit, cùm unaquæque res in loco conveniente generari debeat: Quare ut tyro chymicus in hac re tam ardua ſeſe extricare poſſit, conſiderare probè oportet, quomodo & in quali vaſe operetur natura! nam *Brevis Manud. ad Rubin. Celeſt. Philaletæ Muſ. Herm. pag. 793.* ſic inquit. Scias pro certo, quòd vas naturæ ſit ſolùm nobis hac in arte utile. Cui ego pariter aſſentior, & dico vas unicum naturæ ad opus noſtrum ſufficere, ac eſſe neceſſarium; omnes enim Philoſophi huic noſtræ operationi tantùm unicum vas attribuunt, quia omnes de operatione loquentes, [illegible]per dicunt de vaſe in ſingulari: hoc atteſtatur *Jo. Chryſippus de Arte Metall. Metamorph. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 4. his verbis: dixi vaſis; vaſorum enim copia nihil ad rem: ſufficit ſatisfacit-

que unicum, idque vitreum receptaculum utriculi cujusdam, ovivè oblongi figurà, ut disjuncta, discretaque elementa possint in orbem rotari, mutuoque collisu lapidem sortiri. Atque hæc de vitro, seu vase Philosophico dicta sufficiant.

CAPUT XXI.

De Sigillatione Vitri, seu Sigillo Hermetis.

DIctum est Capite priori, de vase sive vitro Philosophico, unde nunc ordo exigit ut de vasis clausurâ, sive sigillatione vitri aliqua in medium proferam: non enim sufficit vas habere fortissimum, nisi etiam clausura sit munitissima: quod optimè annotat *Laur. Ventura de Lap. Philos. Theat. Chym. Vol* 2. *pag.* 258. statim ab initio oportet vas claudere, & forti sigillo obstruere, ne flores fugiant, & totum magisterium amittatur. Quid juvaret fortissimum vas habere, & non esse clausuram ejus firmam & optimam?

Cui assentitur *Philaleta in Introit. Apert. ad Occlus. Reg. Palat. Mus. Herm. pag.* 677. esto vitrum sigillatum in summitate tantâ cum diligentiâ, & cautelâ, quòd nec fissura sit, nedùm foramen, aliter periret opus. idem pag. 685. inquit. hi sunt venti, qui in formando embryone nostro sunt frequentes, qui retinendi sunt cautè, ne fugiant, & annihiletur opus: odori quoque cave, ne fortè per rimam ullam exhalet, quia vis lapidis inde notabile detrimentum pateretur, quare Philosophus vas cum ligaturâ suâ serandum cautè jubet.

Es *Brevis Manud. ad Rubin. Cælest. Philaleta Mus. Herm. pag.* 793. attendas vasis clausuræ, ne spiritus

ritus evolent, & destruatur opus, custodi igitur vas, & ligaturam ejus. *Lilium de spinis evulsum Guilielmi Tecenensis Theat. Chym. Vol.* 4.*pag.* 900. non autem supra vas spiramen sit, quod spiramen coopertum debet esse, ne per ipsum flos aliàs fumus fugiat. *Pisces Zodiaci inferioris, vel de Solut. Philos. Luc. Rodargir. Theat Chym. Vol.* 5.*pag.* 795. quoniam verò aqua Philosophorum mirè est spiritualis, vel potiùs est ipsemet spiritus, qui corpora solvit in aquam spiritualem, adhibenda est multa cautio, ut quæ vasa capiunt aquam strictissimè obstruantur, ita ut nunquàm (nisi res necessariò postulat) recludantur: ne aquarum spiritualium evanida virtus evolet in auras.

Ex quibus clarissimè patet, quòd vasis clausura in opere Philosophico sit summè necessaria: ergò fecerunt aliqui, inquit *Laurentius Ventura Theat. Chym. Vol.* 2. *pag.* 258. qui sigillaverunt vasa cum argilla impastata cum sale: alij etiam cum alijs, ut de cerussa, minio, bolo armeno, & impastata fortiter cum vernice liquida supra marmorem: & omnes tandem fuerunt decepti.

Quæ igitur hujus est causa, quærere non immeritò posset quispiam? cui respondeo, quòd isti vas non bene occluserint, cùm Sigillum Hermetis nesciverint, quod tamen summoperè est necessarium, & solummodò in arte Philosophicâ est adhibendum; nam omnes cæteræ vitri Sigillationes sive fiant cum bitumine ovi, aut luto sapientiæ, per torturam colli, aut vitri liquefactionem, ad hoc opus prorsus sunt inutiles, quemadmodùm benè insinuat *Walchius Commentator* **über den kleinen Baurn** *pag.* 239. sic inquiens.

Etliche haben auß Griechischen Bech/ gestoßnem Zigel-Meel vnd eingemischten Kalch ein Bitumen gemacht/ hiermit das ober Mundloch zum besten versehen: Andere haben den Hals deß Phiols mit einer gliendem Zangen gar zugeschmeltzt/ hat doch nicht helffen mögen. Dann sie Hermetis Sigel vnd Bitumen nicht gewist haben/ welches allein gilt. Hermes Claude.

Hoc attestatur etiam *Laurentius Ventura de Lap. Philos.* loco ac paginâ supra citatâ his verbis dicendo: quare necesse est vas fortissimè claudere, & cum una clausura, & non cum pluribus, & qui hoc ignorat, errat ut cæcus. Claude ergò firmiter os vasis cum Sigillo Hermetis.

Quale autem sit illud ipsum Hermetis sigillum, hic labor, hoc opus est; nec levis hoc esse momenti existimes, ait *Brevis Manud. ad Rubin. Cælest. Philaletæ Mus. Herm. pag. 793.* consideres ergò hominem, qui ut per naturam generatur, ita & aurum nostrum per artem naturæ administrantis maturatur: perpendas igitur, quantâ cum curâ uterum mulieris prægnantis clausit natura, ne quidquam aut ingredi valeat, alioqui periret fœtus. non minori cum industriâ tu quoque hac in re cautus sis in perficiendo hoc opere philosophico, ne irritus sit labor. audi igitur Philosophum dicentem: accipe vas, & ignias, percute gladio, animamque recipe, hæc est clausura.

Quam eandem vasis occlusionem *Lux septuplex Astralis cap.* 7. sic assignat. Percute testam hanc malleo, ut in mille dissiliat partes, tum Mercurius corporeus per terram spargetur quasi mortuus, cui ita exa-

examini facile hoc ſceptrum arripies, tecumque quocunque libuerit, reportabis. Non mirare te ita procedere debere; nam quo magis hanc teſtam verberes, eò magis vas claudis, ſecundùm Philoſophi dictum: accipe vas, percute gladio, animam recipe, hæc eſt ejus clauſura.

Atque hæc, amice lector, de vaſis occluſione, vitri ſigillatione, ſive Sigillo Hermetis dicta ſufficiant, quæ licet aliquantulùm obſcura ſint, non tamen propterea deterrearis, nec in opere tuo deſperes, ſi primâ fronte hæc non intelligas: nam clariùs loqui â Deo, & Philoſophis non conceſſum eſt. Stude ergò ad inveniendum hoc ſigillum ſecretum, te admonet *Laurentius Ventura*, quia ſine illo magiſterium perfici non poteſt: ſic quoque ego concludo, & dico: rumpite libros, ne corda veſtra rumpantur.

CAPUT XXII.

Qualis ſit ignis Philoſophicus, & quæ inter carbonarium ac Philoſophicum differentia.

TRia ſunt, quæ maximè celaverunt Philoſophi, in arte naturali philoſophica ſcitu difficilia, inquit *Joan. Chryſippus de Arte Metall. Metamorph. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 47. & ſunt cognitio materiæ, vaſis inventio, & ignis regimen: inter quæ cognitio ignis philoſophici non minimæ eſt difficultatis; tota enim operatio conſiſtit in regimine ignis, uti omnes atteſtantur Philoſophi; hoc bene annotat *inſtruct. de Arb. Solar. Theat. Chym. Vol.* 6. *pag.* 190. ſcito igitur ſummum hujus artis ſecretum in igne conſiſtere, & quod ſapientes non ſine cauſa ſcriptis nobis reliquerunt

ignem & azothum nobis sufficere ad lapidem præparandum. Et profectò qui scit ignem regere, veniet ad perfectionem, si cætera quoque artis requisita eum non lateant. cognitio igitur ignis philosophici est res maximè necessaria in tota operatione.

Antequam autem de eo quid disseram, priùs ignem carbonarium, arenæ, cinerum, lampadis, Balnei-Mariæ & vaporis examinabo, & quid de his sentiendum sit, textus genuinos Philosophorum adducam: audiamus inprimis *Joan. à Mechung. in Demonstr. Nat. Mus. Herm. pag.* 149. quid ipse de igne carbonario statuat? coquo, dissolvo, & sublimo (loquitur Author sub nomine naturæ) absque malleo, forcipe vel limâ, sine carbonibus, vapore, igne aut Mariæ-Balneo, & sophistarum alembicis, cælestem namque meum ignem habeo, qui elementalem, prout materia idoneam decentemque formam habere desiderat, excitat.

Idem pag. 152. sic inquit. exito itaque, teque inquam sistito, qui te tam artificiosum gloriaris, & juxta meam scientiam per ignem carbonarium, & Mariæ Balneum, meis in alembicis aurum potabile facere conaris, & scito, me ob horrorem tuum exhorrescere: an non te pudet, si opera mea consideras, & simul rancidam tuam coctionem in tinctis, pictisque tuis phiolis ex adverso ponis, ubi simul & tempus, & sumptus perdis? nescio inquam quid cogites? miserere tui ipsius, & rogo ut me consideres.

Idem pag. 154. sub nomine naturæ ait: an igitur nunc existimas, quòd tuo in alembico, in quo terram & aquam tuam habes, per ignem & calorem tuum, atque per album rubrumque colorem tuum, ego tuo pro

pro beneplacito & libitu te mecum colludere patiar, tuum ad desiderium ut perveniam? an cælos te movere, eorundemvè influentiam nauci tuo operi infundere posse autumas? *idem Author pag.* 159. sic asserit. Missos fac sophistas, eorundemvè fallacia opera, missos fac diversos illorum alembicos & vasa: Missum fac quoque fimum equinum, totque ignes carbonarios, quæ omnia nihil omninò prosunt.

Concordat in hujus rei veritate *Lux Obnubil. suâpt. Nat. refulg. pag.* 176. tantùm innuimus de igne, quòd non sit ignis carbonum, fimi aut lampadis, aut alterius generis, verùm est ignis, quo natura utitur. *F. Basilius Valentinus in pract. de Lap. sapient. Mus. Herm. pag.* 431. ignis lampadis cum spiritu vini inutilis est: adhæc incredibilis sumptus eo impenditur: fimus equinus perditio est, ac materia perfectis gradibus absolvi nequit.

Atque hæc de igne carbonario, arenæ, cinerum, Balnei, igne lampadis & fimi doctissimorum virorum & Philosophorum Adeptorum censura est, ac judicium ex quibus evidenter constat, quòd, dum aliquandò Philosophi de igne carbonum mentionem faciunt, non litteraliter seu ad syllabam sint intelligendi, ut etiam superiùs Cap. 4. sufficienter monstratum fuit, scripta Philosophorum nunquam ad sonum litterarum, sed secundum potentiam naturæ semper esse consideranda. Quare omnis carbonarius ignis arenæ, cinerum, Balnei, ignis lampadis & fimi, ad opus philosophicum utpote summè inutilis est censendus, & necessariò vitandus; Philosophicus etenim ignis, uti *Demonstrat. Nat. Joan. à Mechung Mus. Herm. pag.* 156.

cla-

clarissimè insinuat, *calidus, humidus, frigidus & siccus esse debet*, sed ignis carbonarius sive etiam Balnei has omnes quatuor qualitates minimè habet, ergò Philosophorum ignis esse non potest.

Hoc probatur. Ignis carbonarius arenæ & cinerum est tantùm calidus & siccus, atq; omni caret humiditate, & frigiditate, ignis Balnei est tantùm calidus & humidus ac omni destituitur frigiditate & siccitate, ergò nec ignis carbonarius arenæ, & cinerum, nec Balnei habet omnes requisitas qualitates, consequenter nullus ignis carbonum arenæ, cinerum, & Balnei Philosophorum ignis esse potest.

Probatur hoc ulteriùs. Ignis Philosophicus ex consensu omnium Adeptorum calidus, siccus, frigidus & humidus esse debet, idq; de igne tam intrinseco, quàm extrinseco intelligendum est: de intrinseco Sophistæ hoc dicterium quidem concedunt, de extrinseco autem id absolutè negant. Sed dic mihi quæso carbonista, nonne ignis extrinsecus secundùm omnes Philosophorum sententias debet esse æqualis intrinseco? si ergò ignis intrinsecus ex concessis est calidus, humidus, frigidus, & siccus, quomodò igitur carbonarius ignis, qui tantùm calidus est, & siccus, atque omni caret humiditate, & frigiditate, intrinseco illi igni ad mentem Philosophorum æqualis erit? Neque dicas, ignem saltem Vulgaris Balnei fore igni intrinseco æqualem; nam ignis Balnei posito, quòd sit calidus & humidus, quæro ubi est siccitas? ubi itidem frigiditas?

Item ignis extrinsecus debet primò materiam Philosophicam vertere in aquam, quomodò autem ignis car-

carbonum materiam in aquam vertet? Neque dicas id fieri per Balneum, nam contra est: aqua Philosophica est elementum frigidum & humidum: item compositum Philosophicum pro priori aqua non fuit, consequenter nec habuit qualitates aquæ, quomodo igitur tuus ignis extrinsecus carbonarius compositum aquificabit? nam si aquificaret, tùm composito necessariò deberet infundere frigiditatem & humiditatem, quibus cùm ipse ignis tuus carbonarius, sive etiam Balnei omninò careat, quomodò alteri dabit? nemo enim dat, quod non habet.

Item compositum Philosophicum debet tandem verti in terram juxta tabulam Hermetis dicentis: *quod si versum fuerit in terram, vis ejus integra manet.* Dic mihi, quâ ratione tuus ignis carbonarius compositum in terram vertet? vertere enim rem aliquam in terram, est rei illi dare qualitates frigiditatis, & siccitatis, soli nempe elemento terræ competentes: ergò si ignis tuus extrinsecus in terram vertit rem quampiam, consequenter illi rei infundere debet frigiditatem, & siccitatem, utpote soli terræ competentem: quinimò ante positionem novæ formæ v.g. terræ, prærequiruntur qualitates veluti dispositiones ad formam illam recipiendam, quod tu carbonista negare nequis, si philosophi nomine insigniri cupis. Dic ergò quâ ratione ignis carbonarius, sive etiam ignis Balnei infundet composito frigiditatem, & siccitatem cùm ipse ignis tuus carbonarius, ac etiam Balnei his ipsis careat? ergò à primo ad ultimum tuus non subsistit ignis: cùm enim subjectum Philosophicum modò in aquam, modò in aërem, modò in ignem, modò in terram solvi de-

debeat, ac commutari, quidni ipse ignis extrinsecus hasce omnes quatuor qualitates possidere opus habet; vel si non habet, quomodò aquificabit, aërificabit, ignificabit, & terrificabit?

Neque dicas solvi quidem debere compositum modò in aquam, modò in cætera elementa, non verò ab igne id fieri extrinseco, quæro jam, quid operatur, vel infundit externus ignis composito tuo? cùm enim ignis externus sit activus in compositum, ergò per illam actionem semper aliquid in composito producit, non autem aliquid aliud, quàm qualitates, quas ipse habet, ergò si vel ignis erit carbonarius, producet siccitatem & caliditatem, vel si est Balnei, producet humiditatem, & caliditatem, ergò quamdiù hic ignis agit in compositum, nunquam illud poterit verti in aquam neque terram, quia impediunt qualitates ab igne carbonario in composito productæ, ut philosopho satis patet consideranti.

Denique quid dicis carbonista ad textum eum, quem acutissimus ille, atque numero Adeptorum antiquissimorum jam dudùm adscriptus Philosophus Joan. de Espagnet in Enchyrid. Phys. restit. canone 124. hisce prorsus formalibus habet. *ignis naturæ ab igne nostro artificiali, aut accidentali longè alius est, plurimumque inter se dissentiunt &c.* & deinde paulò post, quid sit ignis ille noster communis carbonarius ita explicat: *ignem autem nostrum communem omni generationi adversantem, & non nisi ex præda viventem ex aliena ruina subsistentem, vitæ destructorem, cineri omnia destinantem, quis non potiùs naturæ hostem, quam hospitem, excidium, quàm vitæ columen dixerit.* hæc ipse.

Quod

Quod quidem si ita est, sicut reverâ experientia omnium rerum magistra attestatur, quid tu per eum ignem machinaberis in composito tuo phantastico? generationémne? hoc profectò absolutè negat præfatus Author: quid ergò? profectò ruinam compositi, atque vitæ ad vegetationem necessariò requisitæ destructionem. Nam audias eundem in Arcan. Philos. Herm. opere canon. 21. hæc sapientissima verba proferentem: *corpora autem illa virginitate intemerata, & incorrupta, viva, & animata, non extincta, qualia sunt quæ à vulgo tractantur, sumi necesse est, quis enim à mortuis vitam expectet, corrupta autem dicuntur, quæ copulam passa sunt, mortua verò quæ urgente mundi tyranno martyrio animam cum sanguine effuderunt, fuge fratricidam, à quo in toto opere summum imminet periculum &c.* Ex quo textu apparet ignem Vulgarem ab Authore vocari mundi tyrannum, & fratricidam.

Nec hic quis dicat Authorem excludere eum solum carbonarium ignem, qui in summo gradu adhibetur: contra enim est, ejusmodi carbonistæ plerumque aurum Vulgari antimonio purificatum, & fusum ad manus capiunt, atque cum Mercurio Vulgari, quem prius priori diversimodè per retortam destillant, conjungunt: quæro an non aurum hoc per antimonium fusum jam ignẽ maximi gradus expertũ sit, sicut & Mercurius ille Vulgaris; ab ijsne ergo vitam expectabis?

Item adhibeatur quocunque etiam lentissimo gradu ignis carbonum, sive etiam Balnei, coquatur in eo opus per menses & annos, indurabitur tantùm, & non pullificabit: qui contrarium docet, aut quon-

dam ab antiquis factum fuiſſe aſſerit, mentitur. quo quidem ipſa experientia rerum omnium magiſtra i æternùm ſemper confirmabit; atque hoc unusquis que, cùm tam æquè ova quàm ignem habeamus, quo tidie pro ſuo lubitu experiri poterit.

Item imponatur arbor quæcunque aut planta alici furno, in quo etiá ſit ignis carbonum aut Balnei lentiſſi mus, nunquàm pullificabit, aut eam, quam deberet, re cipiet vegetationem. Nec obſtat, quòd pomorum au rantiorũ arbores ſoleant à noſtratibus nonnunquam po ni tempore hyemis ad hypocauſta; Nã permittatur ar bor illa in ejusmodi hypocauſto calefacto, nunquá fru ctus ad maturationé perfectos eſt productura; hoc vei bene ſuccedet, ſi transportetur ad regiones ex natu calidas, ubi ad perfectam deducetur maturationem.

Hic tibi carboniſta hoc quoque dictum velim quòd rarefactio & condenſatio teſtantibus cuncti Philoſophis ad opus Philoſophicum requiratur, uti *Enchyr. Phyſ. reſtit*: canone 212. expreſſe hæc habe tur formalia: *rarefactio & condenſatio duo ſunt nat ræ inſtrumenta, quibus corpora in ſpiritus, & ſpirit in corpora vertuntur &c.* ſed dic mihi, quæſo, qu modò per ignem carbonum rarefactionem, & co denſationem tentabis? cum ſit tantùm calefactiv & exſiccativus: hasne duas qualitates tam ad conde ſationem quàm rarefactionem ſufficere dixeris, n primis te principijs opponere velis? quinimò vel etia ad ipſos te conferas Phyſicæ Ariſtotelicæ ſtudioſos, c Phantaſticum tuum caput ſunt inſtructuri, per quid r refactio, & per quid condenſatio in rerum naturâ u quam facta ſit, aut fieri poſſit.

Atq

Atque hæc, mi Carbonista, in tui gratiam, & emolumentum afferre, ac pro stabiliendâ rei veritate tùm efficaces rationes, tum etiam authoritates Philosophorum Adeptorum adducere volui, ut videre possis quantùm erres, & quàm graviter decipiaris, qui tu per carbonarium ignem tam stolidè lapidem Philosophicum conficere præsumis. Deus Bone! O si ita, inquit *Lux Septuplex Astralis Cap. 5.* ut caput tuum tam ingens tibi persuadet, res sese haberet, quot non Carbonistæ divitijs Cræsum excellerent, at proh dolor! contrarium ipsamet attestatur experientia ad hodiernum usque diem dùm plurimi Chymiastri in ignè carbonum laborantes ita in paupertatem rediguntur, ut non raró ipsum etiam panem pro vitæ sustentatione mendicare necessum habeant.

Quod benè annotat *Via Veritatis Mus. Herm. pag.* 194. dicendo: unde etiam tandem in misellos decoctores redacti sunt: tamdiù enim solverunt, donec omnes ipsorum fortunæ atque bona liquefacta, & in favillas redacta fuerint: & tam diù quoque sublimârunt, donec olæ & ahena per fumarium evolârint, atque tam diù putrefecerunt, donec ipsorum vestimenta, ipsis etiam in corporibus, putrefacta fuerint, & tam diù deniquè calcinârunt, donec omnia eorum ligna, & carbones in cineres commutati fuerint.

Quæ quidem, licet omnia verissima sint attestante ipsâ experientiâ, nihilominùs non me latet, aliquos Carbonistas suis phantasticis opinionibus pertinaciter inhæsuros, veritatémqq; ipsam oblatraturos, méque non parumper fore obmorsuros, quòd eorum ignem carbonum, sive etiam Balnei quoad ipsum opus philoso-phi

losophicum conficiendum, omninò contemnam, ac reijciam: Quemadmodùm hoc benè prævidere videtur vir Doctissimus DD. *Joan. Adamus Rumor in sua apposita epistolâ* sic inquiens. *Ceterùm ex hisce t. i. ingeniosissimis scriptis colligere fas est, quòd ij, qui Physica veræ naturalissimæ sunt imperiti, tuum huncce tractatum partim invidiâ perciti, partim verò ignorantia excæcati sint obmorsuri, cujusmodi sunt præsertim ij, qui veras ignis Philosophici proprietates nescientes, igne carbonum, balneique sunt occupati.*

Sed quid mirum? eorum namque tum ignorantia, tùm etiam pertinacia altas adeò egit radices, ut à suis phantasmatibus, & erroribus semel conceptis desistere in æternum nequeant. Audiamus verò eundem, quid ipse de talibus Carbonistis subjungat hisce formalibus: *profectò ij ipsi, cùm Athenæus dicat malorum remedia esse balnea, balneis hi proprijs non modo tetram carbonum fuliginem ex facie, sed & densam inscitiæ caliginem ex cerebello phantastico abluere opus habent.*

O Alchemistæ, Argemistæ, & Naturæ excruciatores terribiles! exclamat *Lux septuplex Astralis cap.* 6. quid existimatis, vobisne natura obediet? minimè, nam vestram faciem nigredine carbonariâ illitam penitùs abhorret, alium profectò ignem accendere in furnis oportet.

Quæ cùm ita sint, vobis loquor Carbonistæ, an adhuc ampliùs veritatem ipsam conculcabitis, & tam obstinatè in immenso errorum labyrintho hærebitis? quid quæso igne utimini carbonario? vos obsecro non ita pertinaciter in erroneis vestris opinionibus persistite,

e, neque tempus, pecunias, ac fortunas veſtras tam urpiter dilapidate, piámque Matrem Naturam ſummo mundi tyranno igne carbonario veſtro mortificare leſiſtite. Nam ſcitote pro certo, quòd cum igne arbonum arenæ, cinerum, & Balnei quoad perficienlas operationes Philoſophicas nihil unquam efficieis: ſumite vobis pro exemplo granum frumenti, vel ujuscunque fruticis, imponite illud in vas quodunque volueritis, & coquite idipſum cum igne Balei etiam lentiſſimo, vel per ſe ſolum, vel per addionem alterius rei, & videbitis, quòd granum illud unquam ampliùs vegetabit, multò minùs ſeſe multilicabit. Pariter in hac arte naturali Philoſophica omparatum eſt, ſi granum auri vel argenti in igne oquatur, vel per ſe ſolum, vel per cujuscunque rei lditionem, nunquam vegetationem recipiet, nec onſequenter multiplicari poterit. Hæc quæſo Caroniſtæ vobis cordi ſumite, & mihi obtemperate, qui ritatem vobis præſcribo, quam etiam coram Deo r Opt. Maximo ſemper tuebor.

Ex his igitur ante dictis quivis prudens facile colliere poterit, quòd Philoſophi in præparatione ſui pidis non ita digitos comburant; quemadmodùm ılgarium chymicorum, & carboniſtarum manus periri ſolent: longe etenim alio utuntur igne quàm ılgari, uti benè inſinuat *Inſtruct. de Arb. Solar. beat. Chym Vol 6.* 190. dicendo: diſce itaque, quòd ım Philoſophi expreſsè ignem rectè inſtruere præpiunt, hanc intentionē non habeant, ut nobis uſum nis vulgaris conſulant, quamvis enim bene ſciant, um per diverſos gradus regi poſſe, nihilominus non

latet ipſos, illum qui à natura ſua eſt activus calidu & ſiccus, nunquam in effectum deducere poſſe quo facere jubent. Certum etiam eſt, ipſorum intentun non aliud eſſe, quàm ut ignem facere nobis præci piant, cujus conditio & abſcondita virtus longe diffe rat ab igne vulgari. hæc ille.

Quòd ergò ignis vulgaris Philoſophorum igni non ſit, hoc ex antedictis evidentiſſimè conſtat: qua lis verò ille ipſe ſit ignis Philoſophicus, hoc non dùm explanatum eſt. quare coronidis loco dico, Phi loſophicum ignem non eſſe alium quàm ipſum natu ralem, & quidem talem qui ſimul eſt artificialis, cùn enim Philoſophi ſint veri imitatores naturæ, eamqu in omnibus exactiſſimè ſequantur, unde etiam null alio utuntur igne quàm naturali, hoc atteſtatur *Sum marium Philoſophicum Nicolai Flammelli Mu Herm. pag.* 178. his verbis, quem in finem etian veri Philoſophi nullum alium ignem elegerunt, quàn naturalem, quem ſequuntur. Ut autem artis tyr hujus ignis conditiones obſervatu neceſſarias com prehendere valeat, differentiam inter ignem vulga rem, ac philoſophicum adducam, quam ponit *In ſtructio de Arb. Solar. Theat, Chym. vol. 6. pag.* 191 in hunc modum:

Primò Chymicorum ignis vulgaris, & omnibu notus eſt: noſter verò eſt artificioſus, & inventu diffi cilis.

Secundò. Ipſorum ignis eſt elementaris, noſter ve rò eſt naturalis, & æquè vivificans, atque cæleſtis.

Tertiò. Ipſorum ignis eſt activus calidus & ſiccus quia eum ex lignis, oleo aut carbonibus parant: No ſt

ſter verò eſt calidus, ſiccus & humidus, & ſpiritua-
lior potiùs, quàm materialis.

Quartò. Ipſorum ignis nihil efficit niſi aëre gau-
deat, noſter verò nullam operationem facit niſi ſit in-
cluſus, imò in tali vaſe incluſum eſſe oportet, quod ne
minimus aër quidem ſubire poſſit.

Quintò. Ignis chymicorum non ſatis bene regi
poteſt, & deficiente materiâ cremabili extinguitur &
deſinit: noſter verò perpetuò perennem ſuam exer-
cet operationem, à ſemetipſo enim, quamvis manus
ei non adhibeatur, ſuſtentatur, & per vaporem ſpiri-
tualem, noſtra materia ab ipſo irradiatur & circulatur.

Sextò. Chymicorum ignis eſt activus operativus
calidus & ſiccus. Prima ſua qualitas eſt, ut omnia, in
quæ agit, conſumat, & deſtruat. Hoc autem verum
eſſe inde apparet, quòd ſi leniſſimus ipſorum ignis,
qui eſt balneum Mariæ, in quo ova coqui poſſunt,
germen alicuius rei deſtruit, cæteri ipſorum ignes
multò fortiores, citiùs & potiûs hoc præſtare poſ-
ſunt: ſed quantum ad noſtrum ignem attinet, ille
pretioſam noſtram materiam leniter & paulatim cale-
facit, & per continuam irradiationem illam coquit,
conſervat, congelat, & humectat, nutrit, & augmen-
tat in virtute.

Septimò. Chymicorum ignis eſt violentus & cor-
roſivus, ſed noſter ignis eſt lenis, benignus, & natu-
ralis, incluſus, aëreus, vaporoſus, circulans, mate-
riam ambiens, continuus, temperatus, & æquè nu-
triens, & vivificans, atque cæleſtis. hæc ille.

Atque hæc de igne Philoſophico artis Hermeticæ
filio dicta ſufficiant; & ſciat pro certo, ſi ex hiſce

meis scriptis veram ignis Philosophici cognitionem non assecutus fuerit, à Deo se esse ab hac arte remotissimum, profectò erit censendum: nam clariora à condito huc usque mundo scriptis Philosophorum non sunt inserta, neque inserentur.

CAPUT XXIII.

Ostenditur, Quales in opere Philosophico appareant colores, & probatur, quòd colores illi, sive omnes appareant, seu non, curandi minimè sint.

ASserunt quidem Philosophi omnes totius mundi in opere philosophico apparere colores, quos tamen non secundùm litteram absolutè intelligendum est, quasi reverâ omnes sese ostendant; Nam quatuor solummodo, aut ut alij volunt, tres tantùm principales colores in ipso opere apparent; unde licet cæteri non omnes appareant, curandi tamen minimè sunt. hoc attestatur *Harmonia chymica Davidis Lagnei Theat. Chym. vol. 4. pag. 775.* his verbis: dixerunt aliqui, quòd in opere lapidis appareant omnes colores, qui in toto mundo excogitari possunt, hoc est sophisma Philosophorum, cùm non appareant nisi quatuor principales, & quia ex eis omnes alij trahunt originem, ideò dixerunt, omnes colores, & si tibi non apparent, non cures, dummodò possis elementa segregare.

Et *Joan. Isaacus Holandus oper. Mineral. Theat. Chym. vol. 3. pag. 417.* Nôris, mi fili, unum colorem sese in alium mutare. sunt multi ac varij colores, qui sese in opere debent ostendere: Primus niger, alter

ter albus, poſtremus ruber, ac inter quemque colorem, colores varij ſeſe oſtendunt, imò plures quàm cogitari poſſint, eorum verò colorum nullam rationem habe. Et *Liber Alze de Lap. Philoſ. Muſ. Herm. pag.* 334. ante omnia verò ſcias, quòd laboris ſpecies primùm nigra fiat, dein coloris citrei, tertiò rubra, ſed non rectæ rubedinis, ſed ſæpius fit coloris citrei, & dein iterum rubeſcit. idque omne fit, antequam recta albedo accedat, colores verò ante albedinem, ne multùm cures, minimè enim conſtantes ſunt.

Concordat in hac re *Roſar. Abbreviat. Theat. Chym. vol. 3. pag.* 688. verùm de illis coloribus non cures, quoniam non ſunt veri colores; nam pluries citrineſcit, & rubeſcit, pluriésque deſiccatur, & liqueſcit ante albedinem. *Arcanum Philoſ. Hermet. opus Canon.* 65. *pag.* 38. colorum levis operanti cura eſſe debet, quia permanentes non ſunt. Quibus aſſentitur etiam *Arnoldus in quæſt. ad Bonifac. Octav. Theat. Chym. vol.* 4. *pag.* 550. ubi ſic ait. quot fiunt colores in opere operantis? & reſpondet; tres ſunt colores principales apparentes in opere niger, albus & rubeus, & multi alij colores ſunt intermedij, de quibus non eſt curandum.

Sed quid de nigro colore erit ſentiendum, cùm veteres Philoſophi de illo ſæpiſſimè mentionem faciant, eúmque primum in opere philoſophico colorem eſſe ſtatuant? Et reſpondeo, quòd nec ipſe verè ac realiter, prout Philoſophi ſcribunt, in operatione lapidis Benedicti ſeſe oſtendat, hoc probatur ex *Arnolda Vilanovano de perf. Magiſt. Theat. Chym. vol. 3. pag.* 39. ita dicente: *Nota quòd licet non appareat ad oculum*

culum in materia putrefacta nigredo, tamen curandum non eſt.

Quod idem confirmat *Via Veritatis Muſ. Herm. pag.* 188. ubi ſic expreſsè loquitur: Veteres præterea
multorum colorum mentionem fecerunt, utpotè ni-
gri, albi, citrini, denique rubri, viridis, aliorumque
colorum, quod tamen nihil aliud quàm mera impo-
ſtura eſt, quâ te ſeducunt, ut ad alias vias non natura-
les te conferre atque in ignorantia hærere neceſſum
habeas: Veterum enim quidam ſubtiles admodum fue-
runt, & unicè in eo adlaborarunt, ut ſermones, ſen-
tentiáſque ſuas tot verbis allegoricis exornare poſſent,
quo plebei ipſorum intentiones non tam facile poſ-
ſent comprehendere. Quamobrem te iterum, at-
que iterùm tanquam fidelis amicus exhortor, ne te
ſeduci patiaris, cùm de nigro colore dicant, tu itidem
nigram ſubſtantiam habere, vel ſumere neceſſum ha-
beas, vel ut materia ipſo in labore nigra, alba & rubrà
fiat. ſed ideò nigri mentionem fecerunt, quòd eſſen-
tia primo ſub initio, candente corporali aliquo cum
igne ſeſe miſceat, quo facto liquor ab eſſentia, nigri
alicuius fumi inſtar ſeparatur, & illum nigrum fu-
mum veteres nigrum corvum, eſſentiam verò corvi-
num caput appellârunt. hæc ille.

Ex his itaque concludendum eſt, quòd colores in opere Philoſophico, ſive omnes appareant, ſeu non appareant, curandi minimè ſint; Philoſophorum enim dicteria de coloribus ſcribentia non ſecundùm litte-
rarum ſonum ſunt intelligenda. hic namque latet an-
guis in herba, roſæ ſunt, ſed ſentibus undequáque in-
volutæ, quas eruere ad eum ſolùm pertinet; quem

Deus

Deus ter Opt. Max. ad hoc ſingulare donum poſſidendum præ cæteris errantibus prædeſtinavit.

CAPUT XXIV.

Cur Philoſophi de hac arte tam obſcurè ſcripſerint?

MOnſtratum fuit ſuperiùs cap. 6. quòd transmutatio metallorum poſſibilis, & ars faciendi lapidem Philoſophicum vera omninò ſit, quare non immeritò quærere poſſet quiſpiam, cur Philoſophi de Alchymia tam obſcurè ſcripſerint, & cur hujus artis veritatem, ac omnimodam certitudinem potiús occultare, quàm manifeſtare conati ſint, quidq́ue moverit illos, ut artem iſtam per ſimilitudines, allegorias, figuras, & tropos deſcriberent? Et reſpondeo, quòd una paſſim cauſa univerſalis à Philoſophis aſſignetur, ne ſcilicet hoc arcanum & myſterium tam ſublime inſipientibus, indoctis, & impijs patefieret, & ne indigni in contemptu naturæ tanto theſauro potirentur. Particulatim veró duodecim invenio rationes apud *Theob. de Hogelande Theat. Chym. vol.* I. *pag.* 140.

1. Cauſa eſt, ne cognoſcatur, & ſciatur, quòd hæc ſcientia ſit vera, & omninò certa. Et profectò niſi ea incertitudine & dubitatione hominum animi coërcerentur, multò plures ſe nexibus indiſſolubilibus huius artis intricarent, avari præſertim & arrogantes, quiq́ue dominandi libidine æſtuant.

2. Ut attribuerent illam Deo glorioſo, ut revelaret illam, cui vellet, & prohiberet à quo vellet. hinc Geber. ars noſtra in potentia divina ſervatur, & cui vult, elargitur & ſubtrahit.

3. Ne

3. Ne mali potentes fiant ad peccata perpetranda, unde Rosinus, hoc medio ignarus æquaretur ſapienti, & malitioſus homo nequam abuteretur in detrimentum, ruinam, & perditionem totius populi.

4. Ne Philoſophi cogerentur reddere rationem illorum. quæ mali iniquè agerent artis hujus fiduciâ.

5. Ne mundus devaſtaretur: nam periret omnis agricultura, negotiatio, & quidquid neceſſarium eſt in conſervatione vitæ humanæ: nemo ſiquidem laborare vellet, cùm ſe tantis opibus refertum videret. unde Alphidius. quidam Philoſophorum Deum timentes, non tam ſublime & pretioſum hoc arcanum habuerunt, imò opus ſuum manifeſtè ſcribere voluerunt, ſed expaveſcebant hoc agere, eò quòd mundum deleret, & plantandi, ſerendi, & arandi opus periret.

6. Quòd nullus ampliùs prudentiæ locus eſſet, cùm inſipiens ſapienti æquaretur, & pauper diviti, nec ſub circulo lunari quiſpiam mortalium inediarum defleret anguſtias.

7. Ut unusquisque ſapiens, cùm ſummâ diligentiâ & maximo ſtudio ſcientiam invenerit, magis eam diligat, & caram habeat, & abſcondat, & immortales gratias agat Deo Creatori.

8. Quòd Philoſophi timerent maledictiones, & anathemata veterum. nam Joan. Rupeſciſſa inquit. Philoſophi quibus magiſterium fuit revelatum conjurati ſunt horribili maledictione Dei, ne ulli hominum hoc divinum opus apertis verbis declararent, ne ad manus pravorum deveniret. & Raymundus Lullius Illud ſecretum nulli hominum carnali revelare expedit, quia maledictus eris per tanti ſecreti manifeſtationem.

9. Niſi

9. Nisi omnia multiplicarentur in hac arte, sapientiam nostram pueri deriderent. nam uti dionys. Zacharias asserit. si philosophi observâssent ordinem in suis tractationibus, potuisset hæc scientia divina ab omnibus intelligi primo die, vel unicâ horâ, adeò nobilis est, ac admiranda.

10. Si Reges & Principes hanc artem adeò nobilem scirent, non permitterent eam ad pauperes devenire.

11. Si venditores hanc mineram agnoscerent, non venderent eam tam vili pretio, unde philosophus. hic lapis autem palàm minimo emitur pretio, quòd si novissent venditores, ipsum in manibus tenerent, & nullo modo venderent.

12. Est invidia; non quòd philosophi invideant bonis, & sapientibus, verum ignaris & vitiosis. nam Hermes ait. Filioli, non est, quòd existimetis Philosophos occultasse hoc arcanum ex invidia adversùs doctos, ac studiosos, at solùm ne malignis, & ignaris innotesceret. & Geber dicit. si hanc scientiam palliavimus, non miretur doctrinæ filius, non enim illi palliavimus, sed malis & improbis.

Et hæ potissimæ sunt rationes, quæ Philosophos moverunt, ut hanc artem per se quidem facilem tam obscurè describerent, multisque ambagibus, & difficultatibus involverent. Non est itaque mirandum, ait *Theob. de Hogelande*, si libros suos de hac arte obscurè scripserint, aut multis ambagibus velatos, cùm non nisi magnâ ratione id factum ab illis fuisse constet, & non eventu, aut, ut multi opinantur, ut ipsi nimium creduli, & decepti alios vicissim deciperent, quod non cadit

cadit in virum probum, & philosophum, qui sui memoriam nulla labe contaminatam ad posteros transmittere conatur.

Nec dicat hic aliquis, videri Philosophos aut sibi ipsis contradicere, & discordes esse, aut omnia confundere, & discipulos datâ opera velle seducere: sciendum enim est, quemadmodum *Anonymus in Tract. Aur. de Lap. Philos. Mus. Herm. pag. 35.* bene insinuat, quòd omnes, & singuli Philosophi, ubi veritatem ipsam pandunt, illam tectis & allegoricis verbis involvant. nec tamen sibi contradicant sed miro modo conveniant, ita etiam, ut quasi ex uno ore locuti esse videantur: insuper nihil confundunt, neque imitatorem dignum seducere animum inducunt, sed clarè & apertè mysticis tamen locutionibus, veritatem eorum oculis exponunt, quæ tamen indignos & impios celant, & ab illis abscondunt, quantum quidem per Dei Gratiam licet, ne margaritæ porcis, qui suis tantùm cupiditatibus & voluptatibus indulgere satagunt, proiiciantur, sanctimoniumque pedibus conculcetur.

Absit itaque, concludo cum *Theo. de Hogelande in Proœm.* ut existimemus antiquos illos venerandæ auctoritatis Philosophos consultò aliquid falsitatis memoriæ commendare voluisse, qui summam operam veritati inquirendæ semper navarunt, famamq; in posteros non ex nugis, & inanibus, sed arduis & sublimibus, & vero stabilique fundamento innixis quæsiverut.

CA-

CAPUT XXV.

Afferuntur præcipuæ rationes, cur infiniti chymici in vanum laborent, atque tot immensis sumptibus, & laboribus lapidem Philosophorum non assequantur.

DIctum est in antecedentibus, quòd ars faciendi lapidem Philosophicum verissima, & facilis omninò sit, quodque fiat absque magnis sumptibus, quærere igitur non immeritò quispiam posset, unde fiat, vel quæ sit causa, cur adeo pauci, & de mille chymicorum vix unus quidem, qui Philosophiæ Chemicæ operam navant, immensis sumptibus, atque laboribus benedictum lapidem Philosophorum consequantur? Et respondeo plurimas huius rei assignari quidem posse rationes, cur infiniti Chymici in vanum laborent, sequentes tamen esse præcipuas, & maximè notabiles causas.

Prima est, quòd tyrones hujus nobilissimæ scientiæ nescientes discernera veros Philosophicos â pseudochymicis libris, plerumq; falsos, & adulteros omni ratione, & doctrinâ vacuos libros sibi pro veris cöemant; maximè cum tales tyronibus chymicis utpote faciliores intellectu magis arrideant, quàm vera Philosophorum scripta. Et hinc fit, cùm â chymicis condigni de hac arte non legantur libri, quòd in eâdem nihil unquam proficiant.

Secunda causa, eaque sanè dolenda, inquit, *Anonymus in Laborat: Chym. Vulg. Cap.* 4. cur suis laboribus, immensisque sumptibus nostri germani chymistæ suæ intentionis finem non assequantur, est quòd se-

se

se dolis à pseudo-chymicis, eorum verbis & jactationibus nimium credentes, circumvenire patiantur. Quoniam ipsi tales impostores, & sophistas potiùs quàm veros artistas, & Philosophos sectantur, falsis receptis & doctrinæ fucatæ potiùs, quàm veræ, & naturali philosophiæ credunt.

Tertia est, quòd chymici libros philosophicos obiter solummodo pervolventes, eorum scripta ad sonum litterarum tantùm interpretentur, non autem verum sensum percipiant, & philosophorum intentionem sequantur; libri enim Philosophici plerumq; per allegoricas locutiones, metaphoras & ænigmata fuerunt descripti, unde nunquam ad syllabam, sed secundùm potentiam naturæ semper sunt considerandi, ac intelligendi, uti etiam superiùs Cap. 4. sufficienter dictum fuit. hinc non mirum, quòd chymici omne oleum & operam perdant, cùm scripta Philosophorum non rectè percipiant.

Quarta est inscitia veræ & unicæ materiæ philosophicæ, quam paucissimi Chymici exactè cognoscunt, aut eam inquirere student; & si qui eam sciunt, non rectè, & juxta præcepta naturæ, ac Philosophorum tractant. quare *Anonymus in Laborat. Chym. vulg. c.6.* rectè sic inquit. *hic est lapis ille angularis, qui omnes chymiæ divexat artistas, & in tot viarum devia deducit, cujus ignorantia artificij Philosophici est casus, & scientia, exaltatio, perfectio, & finis, si regiminis quoque perfecta adsit scientia.* Et profectò hinc fit, quòd infiniti chymici tot sumptibus in vanum laborent, cùm debitam materiam philosophicam non accipiant, sine quâ tamen in hac arte nihil omninò fieri possibile est.

Quin-

Quinta eſt, quòd omnes fermè chymiaſtri lapidem Philoſophicum in auro, argento, & Mercurio vulgi inquirant, eundémque ex his tribus ſimul unitis conficere præſumant, cùm tamen aurum, argentum & Mercurius Philoſophicus longe differant à vulgaribus, uti cap. 14. monſtratum fuit; aurum enim vulgare, ſicut & argentum ac mercurius vulgaris ſunt metalla prorſus mortua, ac virium inexpertia, quæ ſpiritus ſuos per ignem fuſionis jam amiſerunt.

Sexta, cur laborantes in chymia intentionis finem non aſſequantur, eſt quòd, chymici duplicem ſibi viam præfigurant, humidam ſcilicet & ſiccam, quam utramque tamen non dari cap. 18. clariſſimè monſtratum eſt: omnes etenim Philoſophi unicam ſolam veram viam ad conficiendum lapidem aſſignant.

Septima, cur noſtris temporibus chymici infinitis ſuis laboribus nihil prorſus efficiant, eſt, quòd illi per ignem carbonum, arenæ, cinerum, Balnei, lampadis & fimi, tam ſtolidè lapidem Philoſophicum conficere præſumant, cùm tamen Philoſophi longè alio utantur igne, quàm vulgari, uti cap. 22. per longum & latum tum ratione, tùm authoritate probatum eſt.

Octava cauſa, eáque principalis imò baſis & fundamentum omnium errorum eſt, quòd chymici naturam non ſequantur, ſed omnia contra naturam, & præcepta Philoſophorum operentur, unde etiam lapidem Benedictum nunquam perficiunt. quare rectè *Anonymus in Laborat. Chym. vulg. cap.* 11. ſic ait. Non ſunt aſſecuti, neque aſſequentur, quidquid tentârint labore, & ſumptibus, quamdiù extra naturæ limites vagabundi delirabunt.

Nona, cur in nostra germania, alijsque terræ partibus omnis generis & conditionis homines magnis sumptibus, immensisque laboribus lapidem Philosophorum non assequantur, est, quòd omnes fermè chymici per sophisticas manuales operationes, ut destillationes, sublimationes, calcinationes, fixationes, gradationes, amalgamationes, & infinitas alias manipulationes tam stultè & insipienter hanc artem assequi conantur, per tot variaque vitra, multifaria vasa, & instrumenta, per tot furnos, tot tantasque substantias & materialia tam stupidè lapidem conficere sibi imaginantur, quæ tamen omnia à veris Philosophis utpote inutilia ad hanc artem naturalem prorsus reijciuntur, & pro merâ stultitiâ habentur, uti capite sequenti succinctè demonstrabitur. Et hæ potissimæ sunt rationes, cur infiniti pene homines in chymia laborantes nihil unquam proficiant, tot expensas frustraneas in inquirendo lapide Philosophico faciant, atque omne oleum, & operam deperdant.

CAPUT XXVI.

Succinctè demonstratur omnes vulgarium Chymicorum operationes, ut destillationes, calcinationes, amalgamationes, sublimationes, &c. ad opus Philosophicum esse prorsus inutiles.

DIctum est superius cap. 11. quòd artifex in opere Philosophico naturam necessariò imitari debeat, quare nunc videndum, quid de manualibus operationibus vulgarium Chymicorum, ut destillationibus, sublimationibus, coagulationibus, fixationibus, gradationibus, amalgamationibus, & infinitis alijs manipulationi-

pulationibus, quas chymiaſtri ad opus Philoſophicum utpote ſummè neceſſarias deprædicant, cenſeant veri Adepti Philoſophi? audiamus igitur inprimis *Joan. à Mechung.* qui in *Demonſtr. Nat. Muſ. Herm. pag.* 147. hæc expreſsè habet formalia: loquor hìc tecum, tanquam ſtolido Philoſophaſtro, dum te chymicum practicum, bonúmque Philoſophum nominas, & tamen arte, recta materiâ, theoriâ, ſcientiâ, meíque agnitione omninò deſtitutus es. Stupide Aſine frangis vitra, & comburis carbones, ut ex vaporibus caput tuum inſaniat: coquis alumen, ſal, auripigmentum, nigredinem, & metalla fundis, parvas, magnásque fornaces facis, multifariáque vaſa uſurpas: nihilominùs tamen me tuæ pudet ſtultitiæ, &, quod magis eſt, cum fætido tuo fumo ſulphureo me angis. Per intenſiſſimum tuum ignem argentum vivum figere conaris: cum tamen ſaltim vulgare volatile, & non illud ſit, quo-ex ego metalla facio, & ita hâc viâ, ni per aliam incedas, nihil omninò efficis: meis namq; vijs non rectè uteris, nec artificium meum intelligis. Meliùs tibi eſſet, ut rem tuam curares, quàm tot frivola diſſolveres, deſtillares.

Idem pag. 155. ſub nomine naturæ ſic loquitur. Neque exiſtimes, quòd artificioſus manuum labor tam perfectus ſit, quàm naturalis: nimis ſiquidem nudus eſt, & ſimiæ inſtar, me in omnibus imitari conatur. an etiam putas, quòd tuum deſtillare, diſſolvere, & congelare materiæ tuæ in vaſe tuo, aut aquam ex oleo elicere, recta, me ſequendi, via ſit? Minimè Gentium, fili mi, nimiùm hic erras.

Quod idem optimè inſinuat *Via Veritatis Muſ.*

 Herm.

Herm. pag. 184. conſidera enim & perpende tecum, obſecro, mi amice, tot inſtrumenta, alembicos, retortas, vitra circularia & ſublimatoria, diverſimodos ignes, variasque materias, nùm videlicet in terræ venis reperiantur, in quâ metalla virent, atque creſcunt, & an natura in ipſis, jam modò dictis terræ venis tot diverſósque alembicos, vel vitra, totque materias, utpote atramentum ſutorium, ſal, arſenicum, Mercurium, ſulphur, aliásque ridiculas ineptias, quæ hìc ſtudio ſicco pede prætereuntur, uſurpet, quemadmodùm chymici ijſdem utuntur, quibus & tempus, & fortunas ſuas præpoſtero prorſùs modo turpiter amittunt.

Eadem *Via Veritatis pag.* 190. inquit. Summè porrò, mirandum eſt, quòd omnes tam alti divini doni indagatores illi, ingentes ejus rei causâ labores ſubeant, & nihilominùs tamen adeò indurati permaneant, atque in furioſa iſta ſtultitia, cùm tamen ipſo facto videant quod in eo nihil poſſint efficere, tam pertinaciter perſeverent. Quid enim, obſecro, tot hominum millia, qui ſeſe ſublimationibus, ſolutionibus, coagulationibus, putrefactionibus, amalgamationibus, circulationibus tantoperè excruciarunt, effecerunt? quid, quæſo; cum aquis ſuis, metallorum ſolutione, ſanguine, crine, ovis, lacte, melle, ſaccharo, varijs herbis in metallorum transmutatione, obtinuerunt? Res nullius pretij, ac nullas penè.

Et *pag.* 194. ſic ait. tandem in miſellos decoctores redacti ſunt. Tam diù enim ſolverunt, donec omnes ipſorum fortunæ, atque bona liquefacta, & in favillas redacta fuerint: & tamdiù quoque ſublimârunt, do-

nec

nec ollæ & ahena per fumarium evolârint, atque tamdiù putrefecerunt, donec ipſorum veſtimenta, ipſis etiam in corporibus, putrefacta fuerint, & tam diù deniq́ue calcinârunt, donec omnia eorum ligna, & carbones in cineres commutati fuerint.

Concordat in hac re *Aur. Secul. Rediviv. Heinrici Madathani in Præfat. Muſ. Herm pag. 56.* ubi ſic dicit. reipſà deprehendi, quòd omnia iſta meræ eſſent ineptiæ, & vaniſſima Phantasmata, quemadmodùm illud ipſum Philoſophorum Auctores ſimiliter teſtantur: nempè quòd omnes præparationes de quibus Geber. Albertus Magnus, & id genus alij &c. eorumdémve purgationes, ſublimationes, cementationes, deſtillationes, rectificationes, circulationes, putrefactiones, conjunctiones, ſolutiones, coagulationes, calcinationes, incinerationes, mortificationes, revificationes &c. Similiter & ipſorum Tripodes, Athanor, alembicos, reverberatorios, liquefactorios, fimum equarium, cinerem, arenam, cucurbitam, Pellican, Phialam, retortam, fixatorium &c. meras ſophiſticas, ſeductorias inutiléſque res eſſe, quemadmodùm & ego ipſe illud in ipſa rei veritate fateri neceſſum habeo. Nobilis ſiquidem natura, quæ pro pria ſua ſubſtantia libenter delectatur, de futilitate iſt- nihil novit. a

Idem paulò infrà ſic aſſerit. Eia, quæſo, dicas mihi, quis me (nempe naturam) in terræ mineralibus aquarum deſtillationibus &c. juvet? an in ijſdem forſitan etiam homines reperiuntur, qui vinum renovant, vel urinam infantum mingunt, ex quibus metalla conficiuntur: aut pharmocopolas i atùs eſſe au-

tumas, qui ſic omnia vendant, quibus metalla conficere poſſis: ſtultè an non intelligis, quod erres, quodque nihil illarum rerum ad naturam pertineat?

Quibus aſſentitur etiam *Dionyſ. Zachar. Theat. Chym. Vol.* 1. *pag.* 731. dicendo. maxima pars errorem ſuum hoc ipſo fateri cogitur: cùm nemo non ipſorum tres vel quatuor furnos habeat, & nonnulli decem vel duodecim, hunc ad calcinandum, illum ad ſolvendum, alium ad ſublimandum, & innumera vaſa quibus utuntur. Verùm enimverò tales in diem extremum operarentur, priuſquam ad perfectionem hac via pervenirent, niſi corrigant ſuas operationes.

Et *Lux Septuplex Aſtralis cap.* 3. ita fatur. Sic aſinus ſæpè pulſavit lyram, at qualis fuerit Chordarum Symphonia, compertum habemus in ijs, qui Mercurium currentem liquidum, vulgarémque per additionem variorum mineralium, quorum quivis proprium ſequebatur cerebellum, modò hoc, modò alterum minerale, nunc hoc, nunc illud metallum addendo, purificare, ipſúmque tum auro amalgamare conabantur, tetigerunt hi chordas, at ſymphonia inde reſonabat ea, ad quam omnia ſusque deque transverſo prorſùs ordine ſaltitârunt, tandem Mercurius volando per caminum incapaces ſuos artifices deluſit.

Atque hæc de phantaſticis Pſeudochymicorum laboribus non immeritò Adepti ſtatuunt Philoſophi, quibus omnibus etiam adſtipulatur doctiſſimus vir D. *Joannes Adamus Rumor in ſua ad me datâ epiſtolâ*; ubi ejuſmodi Sycophantarum cerebella phantaſtica perbellè tangit, & objurgat ſic inquiens: Fateor hîc tamen eos haud fruſtraneè ſuum ſibi incendere ignem

culina-

culinarium, & quid ni? nam qui ad ſolem ſplendidum, & illuſtrem etiam clariſſimo meridiei tempore an s cæcutit oculis, ſecundùm Suidam talpâ ipsâ cæcior eſt: ergò ut videre poſſit, ignis illi culinarius quâcunque ratione erit accendendus. Sed nolo abſolutè eorum hìc laudem prætergredi, cùm quidquid ij deſtillârint, fiat omninò cum prudentiâ, & ratione; quippe cùm omnis eorum cujuscunque rei deſtillatio ex cucurbitâ capitis omnem rationem, & intellectum unâ ſecum alacriter ducat in vitrum receptivum. Abſit etiam eorum ſpernere fixationes, cùm nec hæ fiant abſque ſucceſſu; quanquam enim ab ijs nihil unquam in igne carbonario fixari poſſit, quod quidem facilè conceſſerim, negandum tamen non eſt, hos ipſos artifices ijs ipſis operationibus fixatorijs in amentiâ fixari fixatione verâ & conſtanti. Quid verò dicendum de ſalis, ſulphuris, & Mercurij ſeparatione manualiter ab ijs fieri ſolita? profectò & hæc ſuccedit felicìſſimè; dùm enim ejuſmodi ſalem, ſulphur & mercurium ſeparant, ſeipſos à ſale ſeparant, liberantque adeò, ut inſulſi, inſipidíque permaneant.

Audiviſtis igitur nunc jactabundi, arrogantésque chymiaſtri encomia & laudes veſtras, quas doctiſſimi viri, Adeptíque Philoſophi vobis attribuunt? qui os per tam multiplices operationes ſophiſticas, ut ſublimationes, cementationes, rectificationes, circulationes, ſolutiones, coagulationes, amalgamationes, putrefactiones &c. per tot tantasque ſubſtantias, & materalia, per diverſimodos ignes, per tot variáque vitra, multifaria vaſa & inſtrumenta lapidem Benedictum Philoſophorum facere tam ſtolidè anhelatis.

audiviſtis, quòd hæc omnia à veris Philoſophis totaliter reijciantur, imò pro merâ ſtultitiâ æſtimentur: Nihilominùs Sophiſtici Chymici tam rudes, inquit *Via veritatis Muſ. Herm. pag.* 188. rerumque imperiti ſunt, ut illud ſtolido ſuo ſenſu comprehendere nequeant, ſed de die in diem tot diverſis naturæ contrarijs ſubſtantijs ſeſe excruciant, quæ tamen ad artem minùs ſunt idoneæ, non ſecùs, ac ſi cornu, lignum, vel lapidem ſerere conarer, & ex meſſe naturale frumentum ſperarem.

Hæc itaque, quæſo, chymiaſtri, vobis cordi ſumite, & non tam pertinaciter in ſophiſticationibus, & errorum labyrintho perſiſtite: legiſtis ſuperiùs artem eſſe facilem, & vos tantos faſtidioſos inſumitis labores contra præcepta naturæ, & Philoſophorum; legiſtis opus Philoſophicum parvos requirere ſumptus, omneſque expenſas totius operationis pretium duorum aureorum non excedere, & vos tot pecunias, tantas opes ob lapidem Benedictum maledicto penitùs modo dilapidatis. Vos obſecro, non tam turpiter pecunias veſtras dilapidate, non tam horrendè piam matrem naturam veſtris luridiſſimis operationibus ſophiſticis excruciate, & mortificate.]

Profectò eſt deplorandum tempus inutiliter abſumptum, inquit *Anonym. in Laborat. Chym. Vulg. cap.* 12. deperdita ſanitas, conſumptæ opes, & nihil eſſe adeptum, quia quivis pro captu ſuo, ſuâ imaginatione, & ingenio varijs in proceſſibus hinc & inde collectis, in prohibitis à Philoſophis non tantùm materijs, ſed etiam inſtrumentis laborat.

Quid tantis deſudare operibus, *ait Lux Obnub. in præf.*

præf. dùm simplex natura unum corpus solùm cognoscit? quid tot habere furnos, tot vasa, dùm unico vase, unico igne, unicâ fornace utitur natura.

Non est itaque mirandum, quòd moderni chymici in Alchymia, sive arte naturali Philosophicâ, immensis sumptibus, atque laboribus nihil unquam efficiant, cùm tantas subtilitates, quas ipsi Philosophi nescirent excogitare, sibi imaginentur; tot & multifarias operationes, atque manipulationes, uti amalgamationes, cementationes, fixationes, putrefactiones, tot variaque vitra & instrumenta, ut cucurbitas, alembicos, retortas, phialas, vasa circulatoria, atque sublimatoria, tot & diversimodos ignes uti arenæ, cinerum, Balnei, lampadis, fimi equini, excogitent, tot furnos, uti Athanor, furnum fixatorium, sublimatorium, Acediæ &c. sibi construant. Quare non ineptè de talibus Chymiastris *Sendivog. in Novo Lum. Chym. Mus. Herm. pag.* 454. sic scribit: Si hodiè revivisceret ipse Philosophorum Pater Hermes, & subtilis ingenij Geber, cum profundissimo Raymundo Lullio, non pro Philosophis, sed potius pro discipulis â nostris chemistis haberentur: nescirent tot hodiè usitatas destillationes, tot circulationes, tot calcinationes, & tot alia innumerabilia Artistarum opera, quæ ex illorum scriptis hujus sæculi homines invenerunt, & excogitârunt. Unum tamen nobis deest, ut id sciamus, quòd ipsi fecerunt Lapidem videlicet Philosophorum, seu tincturam Physicam.

At unde hoc, quæret nunc aliquis, quòd chymici ad veram Lapidis Philosophici cognitionem non perveniant, cum tamen in aliarum rerum inventione sint

subtilissimi? hujus rationem reddit præfatus *Sendivogius Mus. Herm. pag.* 553. hisce verbis: hoc fit, quia nobis natura, & generatio rerum in orbe, jam vilis simplexque videtur, & ideò ingenia nostra, non ad res cognitas, sed ad talia, quæ non, vel vix fieri possunt intendimus: quapropter ita etiam nobis succedit faciliùs excogitare res subtiles, & quas ipsi Philosophi nescirent, imaginari possumus, quàm ad verum naturæ cursum, & Philosophorum sensum pervenire.

Quæ cùm ita sint, quòd omnes Vulgarem Chymicorum operationes in suo genere etiam perfectissimæ ad opus Philosophicum nihil valeant, & pro merâ stultitiâ â Philosophis æstimenrur: quamobrem mi frater (concludo cum Via Verit. Mus. Herm. pag. 193.) iterùm, atque iterùm te nunc rogatum volo, ne in malam, sed bonam partem mihi interpreteris, quòd pristinum â te peractum laborem, quem quotidiè adhuc in Alchymia suscipere soles, omninò contemnam, & reijciam: in tui gratiam, emolumentumque illud facio, cùm me non lateat, quòd nullus, in universo terrarum orbe, homo isto cum labore, circa quem tu occupatus es, aut aliquid efficere, vel ad veram metallorum transmutationem, quam affectas, pervenire queat. Abstinete itaque, vos fideliter exhortor, lectores Benevoli, ab omnibus sophisticationibus, atque inutilibus laboribus pseudo-chymicis, nam in æternùm cum iisdem quoad opus Philosophicum nihil unquam efficietis: manete solummodò in simplici via naturæ, & mihi obtemperate, qui veritatem vobis præscribo, quam etiam coram Deo Ter Optimo Maximo semper tuebor.

CA-

CAPUT XXVII.

Quæ circa præparationem materiæ Philosophicæ necessariò sint observanda, & quanto tempore nuclei purissimi extractio perficienda?

Legitur passim in libris sapientum, quod operatio Philosophica similis sit agriculturæ, in qua partem sibi vendicat natura, partem agricola, tanquam operator externus: quemadmodùm autem agricolæ non sufficit bonum habere semen, nisi etiam terram, sive agrum, in quem semen suum disseminare cupit, habeat occatum, optimè excultũ, & stercoratum. ita quoq; in arte naturali Philosophica res sese habet, & non sufficit artifici bonam, debitamque habere materiam, nisi ipse terram sophicam bene sciat præparare, eamque aratro sapientum occare, perfringere, atque purum ab impuro separare, ut deinceps semen aurificum, & lunificum in agrum Philosophicum quàm optimè excultum possit seminare.

Hoc benè insinuat, & quàm acutissimè hac de agricultura *Jodocus Greverus Theat. Chym. Vol. 3. pag.* 701. sic loquitur: Accipe itaque tu, charissime, verborum meorum legitimum sensum, & intellige, quia Philosophi similes sunt hortulanis, & agricolis, qui primùm quidem semina deligunt, & delecta non in vulgarem terram, sed in excultos agros, aut hortorum jugera seminant. & paulò infrà: Habito autem Sole & Luna Philosophorum tanquam semine bono, terra ipsa ab omnibus suis immunditiis, & herbis inutilibus expurganda est, & diligenti culturâ elaboranda, in eamque sic elaboratam Solis & Lunæ prædicta semina mittenda sunt.

Cui

Gui adstipulatur etiam *Anonymus in Instruct. de Arb. Sol. Theat. Chym. Vol. 6. pag.* 169. ita inquiens: pro certo habere debes, omnem occulti mysterij sapientum laborem, & industriam artificiosam in nulla alia re consistere, quàm in hac, quâ ratione videlicet terra illa virginea naturaliter possit acquiri & quomodò postea debeat præparari more, & modo agricolarum, qui terram suam ad ferendum triticum colunt: considera ergò agricolæ modum, quo ad proferendum triticum utitur. Is enim primò bonam terram quærit, deinde sibi de bono semine prospicit, tunc omnem operam argri sui culturæ navat, ac primò terram effringit, & â lapidibus magnis, & dumetis, quæ semini nocere possent, liberat &c. Idem paulò post: Nos igitur agricolarum more, inquit Author, terram nostram ab omni impuritate, & superfluitate liberamus, deinde secundùm artẽ & naturam lavando, aspergendo & exsiccando illam facimus subtiliorem, quo facto naturali sua pinguedine illam stercoramus.

Quod idem confirmat *Lux Obnub. Suap. Nat. refulg pag.* 166. dicendo in vegetabilibus terra est aranda, purificanda, adaquanda, & stercoranda, aliàs inutiliter granum in eam immitteretur. Eadem ergò erit ratio in mineralibus, & præcipuè in metall s, & in elixiris generatione; si enim semen aurificum in terram incultam proijciatur, nunquam artifex finem optatum assequetur. Matrix enim est inquinata fætidis vaporibus; & virulentis sulphuribus; tu prudens esto in ejus cultura, postea in eam semen tuum pone, & multum fructum afferet.

Ex quibus patet, quòd ante omnem operationem Philoso-

Philoſophicam, agri ſophici cultura neceſſariò præ-
equiratur; perfringi enim priùs debet quàm exactiſſi-
nè aratro ſapientum, nec non raſtro per vices ſubti-
iari, adeò, ut rejectis partibus heterogeneis ens unum
homogeneum obtineatur ad producendos fructus So-
lis & Lunæ aptiſſimum. Etenim quis in ſubjectis tam
compactis, uti cuncta metalla, eorúmque ſunt mine-
ræ, elementorum in ſe invicem eam expectabit activi-
tatem, ut ex his tinctura immediatè ſit ſecutura, niſi
priùs materia Philoſophica debitè præparetur, atque
ex ea puriſſimus extrahatur nucleus? Hoc benè inſinua-
re videtur *Dialog. Philoſ. pag.* 14. & 16. ſic inquiens:
non eſt accipiendum illud, ex quo metalla prodierunt,
verùm id, quod ex metallis eſt extractum, quod eſt
idem cum illo, quod in metallis eſt occultatum.

Teſtatur idipſum *Chortulaſſaus in Arca Arc. Theat. Chym. Vol. 6. pag.* 299. ita loquens: Porrò neceſſe eſt,
ut craſſæ, impuræ & terreſtres partes elementorum
per quas comburuntur, & corrumpuntur, per præ-
parationem, aut ſeparationem tollantur, & à pura
ſubſtantia metallica totaliter ſeparentur. Idem Au-
thor paulò infrà ſe ita explicat: hoc eſt, quòd interiùs
abſconditum eſt, in lucem edendum, & quod exte-
riùs apparet, tanquam inutile eſt reijciendum. Nihil
itaque immundum, ait *Jodocus Greverus*, nihil æ-
grum, nihil incultum in opus noſtrum ingreditur.

Ex his igitur antedictis evidentiſſimè conſtat, quòd
ante opus Philoſophicum omnia debeant purificari;
etenim ſi non purificarentur per ſeparationem fæcum,
& terreſtreitatem, quomodò pura haberi poſſent?
ſi verò pura non omnia haberentur, quomodo operi
Philoſo-

Philoſophico inſervirent, cum ad id omnia debere eſſe pura, affirment Philoſophi? Quòd ergò ante omnem operationem Philoſophicam materia ipſa præparari debeat; atque purum ab impuro ſeparari, hoc tum graviſſimæ Philoſophorum authoritates teſtantur, tum quoque ratiò ipſa evincit. Quomodo autem id ſit inſtituendum; ut ex tali confuſa & abominabili materiâ, in quâ nil, niſi fæces vulgaribus hominum oculis conſpiciuntur, puriſſimus extrahatur nucleus; hic labor, hoc opus eſt: Nec res levis eſt, aut exigui momenti, in hac namque omnis vertitur cardo, eſtque hæc operatio totius artis ſecretiſſimum arcanum, & non abs ratione herculeus labor à Philoſophis ſolet nuncupari. Quæ igitur circa materiæ Philoſophicæ præparationem neceſſariò ſint obſervanda; & quanto tempore puriſſima nuclei extractio perficienda, in gratiam Filiorum artis, quantum mihi ſecundùm ingenij mei exigui talentum à Deo ſcire datum, mihique dicere licitum, ſequentibus inſinuabo.

Accipiatur itaque in Nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti materia Philoſophica, id eſt minera Solis & Lunæ, contundatur piſtillò Sophico, ut in mille diſſiliat partes, ſeparetur purum ab impuro; dein cribretur cribro ſapientum, atque ex ea puriſſimus nucleus ſuaviter, ſine violentiâ, & ſine omni corroſivo extrahatur: hic nucleus, id eſt ſemen auri, & argenti vaſi chryſtallino includatur, os autem vaſis ſigilletur Hermeticè, ponatur totum in furnum Sophicum, & ſubminiſtretur ignis Sophicus talis, ut compoſitum primò in aquam, ſecundò in aërem, dein in ignem, & ultimò in terram vertatur. Hoc ſi factum fuerit, tùm opus

opus perfectè erit completum juxta illud Hermetis: *quod si versum fuerit in terram , tunc vis ejus integra manet.* Cujus autem ignis cùm superiùs cap. 22. fecerimus mentionem, eundémque sat claré descripserimus, quare hìc eundem repetere haud opus est: hoc solum tyroni Chymico hìc inculcatum velim; ut ignem Sophicum non adhibeat absque medio, sed ut operationem suam eò dirigat, ut inter duo extrema medium servetur quàm exactissimè, quod tota Philosophorum turba exhortatur. Quemadmodum enim legimus Dædalum, quia medium servavit, alis cereis egregiè volâsse; Icarum verò, cùm id non servârit, in pelagus profundum fuisse lapsum: pari quoque ratione, si ignis Philosophicus fieret absque medio, & violentus nimis calor adhiberetur, Icari nostri in cucurbita contenti facilè liquefierent alæ, unde non solùm à volatu suo impediretur, quinimò in mortem præcipitaretur, non eam quidem, quæ dispositio esse deberet in ordine ad generationem futuram, ast talem, quæ totius compositi perpetua esset destructio, & ruina.

Brevem, compendiosámque hìc quidem, Amice lector! adduxi praxim, verùm si quis eam secundùm genuinũ naturæ processum ritè observabit, omnimodá veritaté in hisce paucissimis lineolis latentém advertet. Ut tamen hæc tyro Chymicus meliùs percipere, altiúsque menti suæ imprimere possit, modum, normamque ex subsequentibus mox quæstionibus, si quo pollet ingenij acumine, facilè poterit haurire.

Quæritur *primò.* quidnam ex materia philosophica sit extrahendum? ℞. extrahendum esse purissimũ n

nucleum

nucleum, id est sal, sulphur, & Mercurium, quæ tria lapidis Philosophici vera sunt principia, & hæc quidem ita sunt extrahenda, ut ab omnibus inquinamentis obtineantur libera. quam operationem ulteriùs probare haud opus est, cùm idipsum passim doceatur in libris sapientum.

Quæritur *secundò*: quodnam vas ad hanc præparationem, sive nuclei extractionem requiratur, an vas aliud distinctum ab eo, quod ad opus ipsum Philosophicum solet adhiberi, an verò sufficiat idem? ℟. Ad parcendum sumptibus haud opus esse vase alio, quod esset distinctum ab operis Philosophici vase; etenim si diversa adhiberentur vasa sumptus non modò requirerentur majores, verùm etiam inexhaustum quis vix effugere posset labyrinthum.

Quoniam verò hìc de vase loquimur, quare dicendum, quid circa idem vas in hac præparatione ulteriùs sit observandum: Neque enim sufficit Philosophiæ chemicæ studioso vas cognoscere, nisi etiam sciat, quantum ipsi vasi sit imponendum. Pro cujus rei notitiâ dico duas vitri Philosophici partes debere esse vacuas, & tertiam solummodò plenam: hoc probatur ex *Arnoldo de Villanova Theat. Chym. Vol. 3. pag.* 138. ita loquente: in operatione nostra, & in quolibet opere Alchemico, sive agatur de sublimationibus, sive destillationibus, sive decoctionibus quibuscunque, necessarium est duas vitri partes esse vacuas.

Hoc attestatur etiam *Laur. Ventura Theat. Chym. Vol. 2. pag.* 256. hisce verbis: debet autem (vas scilicet) semiplenum tantùm esse, imò securius est, ut tertia tantùm pars sit plena, & duæ vacuæ.

Quod

Quod idem confirmare videtur *Lucas Rodargirus Theat. Chym. Vol. 5. pag.* 761. dicendo: quæ destillanda est aqua, sive in uno vase, sive in pluribus destillabitur, tota non educetur, duas tantum partes aquæ subduxisse satis erit, tertia pars in fundo cucurbitæ relinquetur.

Ex quibus textibus colligere fas est, (quamvis ipsi textus non ad sonum litterarum sint intelligendi) quòd duæ vitri philosophici partes debeant esse vacuæ, & tertia solummodò plena. Sed dicet nunc aliquis, rem hanc esse parvi momenti, neque esse operæ pretium hæc insinuâsse. ad quod respondeo, eum, qui magni hæc esse momenti negaverit, non unam, aut duas capitis sui partes habere cerebello vacuas, at nullâ prorsùs gaudere parte cui ulla rationis Philosophicæ portiuncula inesse conspiciatur.

Quæritur *tertiò*: quanto tempore indigeat materiæ Philosophicæ præparatio, sive nuclei purissimi extractio? ℞. eam indigere tribus septimanis, seu mensibus Philosophicis; mensis enim Philosophicus nihil aliud est, quàm septimana. Ponunt nonnulli pro hoc termino 21. dies, quod est idem: nam 21. dies secundùm vulgarem hominum opinionem tres conficiunt septimanas.

Coincidit hæc sententia cum eâ, quæ dicit, quòd decem conficiatur mensibus materiæ præparatio, sive nuclei extractio, quæ mystica est locutio, quod sic ostenditur. decem latinè denotantur per X. crux autem denotatur per litteram X. quæ est vigesima prima in Alphabeto latino, ergò numerus decimus mihi mysticè bene denotat 21. dies, seu tres septimanas.

Volebant nonnulli myſticâ locutione hujus ipſius præparationis terminum denotare per annum: quæ intricata nimiùm tyroni videtur eſſe locutio, quare eandem hic explicare perplacuit. Quivis annus habet principium, medium, ac finem, unde Philoſophi per hæc tria entia facilè ſeptimanas tres denotàrunt.

Nonnulli dixerunt, quòd 37. dies requirantur ad nuclei extractionem, nonnulli verò 73. aſſignavêrunt, quod quidem unum, & idem eſt: ſi enim hi numeri benè anatomiſentur, reperiemus in utroque eſſe 7. & 3. multiplicentur ergò 7. per 3. vel vice versâ 3. per 7. & habebuntur dies 21. ſeu tres ſeptimanæ.

Ex quibus myſticis locutionibus clarè videndum eſt, quòd à Philoſophis pro materiæ præparatione tùm 21. tùm 37. & 73. dies, tùm tres ſeptimanæ, quàm menſes rectiſſimè aſſignentur, cùm hæc omnia apud Philoſophos unum, & idem denotent. Hinc etiam conſtat, quòd, licet Philoſophi circa præparationis terminum diſſentire videantur, dum eorum aliqui novem menſes, aliqui verò decem, nonnulli verò annum unum, & tres menſes aſſignant, in re ipsâ tamen omnes unanimiter conveniant, cùm nihil aliud intelligant, quàm tres ſeptimanas Philoſophicas, quæ reverâ faciunt 21. dies.

Quæ cùm ita ſint, quòd Philoſophi tum pro materiæ præparatione, tum etiam pro ipſo opere Philoſophico terminum per numeros hieroglyphicos ſoleant denotare, unde omnes & ſingulos Philoſophiæ Chemicæ ſtudioſos admonitos velim, ut diligenter ſtudeant in libris ſapientum ad intelligendos numeros, & figuras hieroglyphicas, quid per hunc, vel illum

numer

numerum, vel per menſem Philoſophi velint ſignificare; ne aliàs, ſi terminum præparationis neſciverint, incongruo tempore laborando, & temporis, & pecuniarum jacturam patiantur.

Quæritur *quartò*: utrùm ignis naturalis per ſe ſolus abſque artificiali ſufficiat ad opus Philoſophicum? ℞. Medicinam noſtram univerſalem igne ſolo naturali perfici minimè poſſe, quin etiam adhibeatur ignis artificialis: nam licet Philoſophi ignem naturalem paſſim in ſuis recommendent ſcriptis, per hoc tamen haud excludunt ignem artificialem, & hoc tam reſpectu præparationis primæ, quàm etiam ipſius magni operis Philoſophici, quod ſic oſtenditur: ſcientia conficiendi lapidem Philoſophicum vel eſt ars, vel non eſt: ſi non eſt, ergò non exiſtit, quod eſt contra omnia ſcripta ſapientum, qui ſcientiam hanc extitiſſe, & etiamnùm hodie exiſtere non modò aſſeverant, ſed etiam artem eſſe infallibilem à Deo nonnullis ſuis ſibi gratiſſimis dono datum affirmant. Si verò ars eſt, ergò inſtrumentis ſuis artificialibus, inter quæ ignis inſtrumentum præcipuum eſt, uti opus habet.

Ignem itaque artificialem præter ipſum naturalem ad excoquendum opus Philoſophicum eſſe penitùs neceſſarium, hoc quoque ipſa ratione ſic evincitur. commune eſt axioma Philoſophicum: *ignis omnia digerit, ignis omnia perficit*, atqui ignis naturæ ſolus hæc omnia perficere nequit abſque artificiali, ergò axioma illud Philoſophicum intelligendum eſt loqui de utroque igne, naturali nempe ſimul & artificiali: minor hujus ratiocinationis exinde conſtat, quia ſi ignis ſolus naturalis abſque artificiali ad excoquendam tincturam

Phyſicam ſufficiens foret, quidni ergò à condito huc uſque mundo tot ſæculis jam præterlapſis natura igne ſuo in viſceribus terræ omnes mineras ſaltem in aurum excoxiſſet, ac proindè nùllum ampliùs extaret ferrum, nullum cuprum, nullum ſtannum, ſed omnia eſſent aurum, cujus tamen rei contraria habetur experientia.

Confirmatur hæc res ulteriùs: ignis ille, qui poteſt excoquere ſubjectum tincturæ Phyſicæ in aurum plusquam perfectum, poteſt per argumentum à majori ad ad minus, & potiori quidem virtute excoquere in aurum ſimpliciter perfectum, ergò ſi ignis naturæ ſolus & unicus eſſet ſufficiens ad excoquendam tincturam Phyſicam quæ nihil eſt aliud quàm aurumpluſquàm perfectum, potiori jure omnia vilia metalla potuiſſet excoxiſſe in aurum ſaltem ſimpliciter perfectum, ergo à primo ad ultimum ignis naturalis per ſe ſolus inſufficiens eſt ad ipſum opus Philoſophicum, niſi etiam adhibeatur artificialis.

Ex his itaque concludendum, quòd ignis naturalis, quamvis eum ſimpliciter Philoſophi recommendent, ita tamen inſtitui debeat, ut evadat ſimul artificialis; quem ſi quis taliter inſtituere noverit, pauciſſimo tempore is plus efficiet, quàm natura mille annis in viſceribus terræ efficere potuit.

Inferre autem hinc aliquis poſſet carboniſta, cùm ſuperiùs Cap. 22. ignem carbonarium utpote ad opus Philoſophicum penitùs inutilem rejecerim, hìc verò præter ignem naturalem, ignem quoque artificialem aſſeram requiri, quòd eo ipſo mihi contradicerem, atque ignem carbonum videar admittere. Cui reſpondeo negando inprimis, quòd ex eo, dum ignem artificialem

ficialem præter naturalem ſuadeo , benè inferatur ignem carbonarium ad excoquendam tincturam phyſicam eſſe adhibendum. ℞. Secundò contradictionem ſolummodò in idiotarum cerebellis circumvolitare, aſt ubi eſt intellectus, & ingenij acumen, atque ubi Philoſophica reſidet ſcientia, contradictionem non modò nullam, verùm etiam concordantiam omnimodam eſſe aſſeverabit.

Atque hæc de materiæ Philoſophicæ præparatione, nuclei extractione, item circumſtantijs circa operationem Philoſophicam obſervatu neceſſarijs, tum de vaſe & igne ſophico in gratiam, & emolumentum huius artis tyronum dicta ſufficiant.

EPILOGUS.

Conſcripſi, Lector benevole! præſens opuſculum ob fines in præfatione recenſitos, nempè ut doceantur principiantes Philoſophiæ Chemicæ ſtudioſi, quid ſcire, quidque vitare, quos libros legere, & quos fugere debeant; deinde ut Chymicis recta veritatis ſemita demonſtretur, atque ut in eandem, ſi fortè aberraverint, revocentur: tum ut illi, qui chymiam Philoſophicam odio perſequantur, & hanc artem è rerum natura eliminare volunt, convincantur, nec non errores ſuos emendent, atque ſapere incipiant: tum etiam ut ij qui ſeſe in hac arte naturali exercere cupiunt, à pſeudo-chymicorum dolis, ac fraudibus in futurum tuti eſſe poſſint: Denique ut omnes vagabundi Chymiaſtri, & deceptores ſophiſtæ ex Principum, & Magnatum aulis prorſùs eliminentur. Ob hunc dictos, inquam, fines huncce tractatum meum conſcripſi, eundemque in 27. capita diſtribui, & non

ex eo, quasi verò coram vulgo me artem hanc perfecisse vellem gloriari, atque sapientiâ, nescio quâ, insignitus videri, quod absit, cùm proprium suum quærere honorem non tam sit absonum, quàm nefandum; quippè cùm is, qui proprij honoris est cupidus, sese cæteris anteferendo, signum arrogantiæ de se præbeat apertissimum.

Non ergò unquam, fateor, artem hanc divinam potiùs, quàm naturalem adhuc perfeci, quare neque etiam eam me callere glorior: Verum me libros legisse genuinos, Authorésque perlustrâsse authenticos, nego minimè; in ijs enim, cùm lateat veritas, licet tribulis circumdata innumeris, tantùm colligere fas est, quòd res neque aliter sese habeat, neque habere possit, quòdque conclusiones in hæc 27. capita distributæ, tum propter artificum verissimorum authoritates, tum propter infallibilem, quam habent cum natura, convenientiam, nequaquam possint negari. Quòd si tamen quis negaverit, per me licet, nec cælum propterea ruet, atque natura suum, quæ in officio suo errare nequit, à Deo sibi inditum operandi modum, & ordinem in rebus cunctis producendis semper est servatura.

Hìc tamen quemvis scire volo, hosce verioris Philosophiæ canones, & Authoritates in hoc tractatulo à me adductas non ex libris Sophisticis, sed ex veris ac genuinis Authoribus, Adeptísque Philosophis fuisse compilatas: quare si quis infallibiles hasce præsumeret negare conclusiones, vel ipsas gravissimas Philosophorum authoritates in contrarium interpretari (quod autem, cùm textus per se sint clarissimi, factu impossibile

ſibile eſt) vel verò ipſos Authores, & Philoſophos Adeptos mendacij arguere (quod etiam in virum prudentem cadere nequit) neceſſum habet.

Cæterum ſi ij, qui huic arti navant operam, authoritatibus à me adductis commoti, hiſce concluſionibus meis ſint adſtipulaturi, tùm à fraude circumforaneorum, atque dolis pſeudo- chymicorum, qui falſis ſuis, carbonarijsque receptis mundum nequiſſimè decipiunt, ſe tutos omninò futuros confidant, tum etiam ſumptus maximos, ob quos innumeri hactenùs in paupertatem redacti ſunt, facilè præcavebunt.

Atque hæc, præter fines antedictos, potiſſima mea extitit ratio huncce tractatum in lucem edendi: cùm enim proximus ſit diligendus, noſtrûm cujusque eſt, ubicunque poſſibilitas exiſtit, damnum à proximo removere. ſic quamvis in hiſce meis ſcriptis aureos non pollicear montes, neque eos polliceri poſſim, neque debeam, id ſaltem, Lector Benevolus, ex ijs haurire poterit emolumenti, ut ab innumeris ſeſe tutari queat detrimentis, uti ſunt fruſtranea temporis conſumptio, laborum inanium impenſio, bonorum, & pecuniarum dilapidatio.

Hunc ipſum ob finem coronidis loco quemlibet ſcire anhelo, quòd omnia vulgarium chymicorum recepta, uti vocant, & ſcripti proceſſus, eorundemque omnes operationes pſeudo-chymicæ, uti calcinationes, amalgamationes, ſublimationes, fixationes, &c. item ignis carbonum, arenæ, cinerum, Balnei, lampadis, & fimi, (litteraliter hæc omnia intelligendo) utpote falſiſſima, & ad operationes Philoſophicas ineptiſſima ſint cenſenda, & neceſſariò vitanda. Exem-

plum esto granum frumenti, vel alterius cujuscunque fruticis, imponatur idipsum vasi alicui, & coquatur igne balnei etiam lentissimo vel per se solum, vel per alterius cujuscunque rei additionem, & granum illud nunquam ampliùs vegetationem recipiet, multò minùs sese multiplicabit.

Pariter in arte naturali Philosophica res sese habet, si vel unicum auri granum, vel plura, quotquot volueris, vitro vulgari cuicunque imposueris, atque in igne coxeris, vel per se solum, vel additionem alterius cujuscunque rei, nil nisi dispendium te manebit. Cupis scire rationem? en tibi præstò adest, quia nempe vitrum Philosophicum (si me rectè intelligis) directè in medio furni sophici non collocas, quin vel ad partem pendeat, vel localiter agitetur. O divina natura, quæ hæc omnia præcaves, atque filios doctrinæ errare non permittis!

Non tamen hìc quemquam intelligere velim, quasi verò prima illa rerum præparatio absque igne verò sit conficienda, aliud enim est rem præparare, & materiam reddere habilem, aliud opus ipsum Philosophicum prosequi: prima namque operatio, sive præparatio cum rebus impuris ad agendum habet, opus verò Philosophicum circa res puras, quinimò purissimas versatur: ad purificandas ergò res, ubi nil nisi fæces conspiciuntur, quidni igne opus est? & quidem tali, quocûm, absque destructione tamen virtutis seminalis, nec non absque florum combustione, res introversæ purissimæ scorijs suis, fæcibusque exuuntur, & tandem favente Divino Numine extrahuntur.

Verùm hæc omnia Philosophico, non autem sophistico

phiſtico modo conficienda, & extrahenda intelligi velim; novi enim complures, qui aurum cum mercurio vulgari, beneficio Reguli antimoniati, & Martiati, ac innumeris etiam alijs modis præparato conjungunt, viamque ſiccam vocitant. O Deum bonum! quàm ſicca ſunt ejuſmodi hominum ingenia, nec ullam quidem rationis humiditatem continentia; chymeras enim dùm ſomniant, chymerica utique entia cum bonorum ſuorum jacturâ producunt.

Sed ut tandem huic tractatui finem imponam, fateor, me in hiſce meis ſcriptis haud uſum fuiſſe elegantiâ verborum; cùm enim veritas ſimplex eſſe debeat, ſimplici utique ſermonis ſtylo, ijs, qui arti huic divinæ ſunt addicti, veritatis baſin volui demonſtrare, præſertim cùm Cicero eloquentiam in Philoſopho non deſideret, multò minùs eam Celſus in Medico: Nam dum de reipſa agitur, fruſtrà elegantia aut ruditas verborum attenditur, atque conſideratur.

Quamvis autem infallibilem rei veritatem in hocce tractatulo omninò propalem, nihilominùs non me latet, quin plurimi (quemadmodùm etiam Clariſſimus D. D. *Joannes Adamus Rumor* in ſua ad me data epiſtola quàm optimè advertit) hæc mea ſcripta tum ignorantia excæcati ſint vituperaturi, tum invidiâ perciti obmorſuri, & nonnulli etiam in erroribus ſuis pertinaciter perſeveraturi: quorum quidem pertinacia apud aliquos altas adeò egit radices, ut ab erroribus ſemel conceptis, atque in igne carbonario ſituatis deſiſtere in æternum nequeant, quinimò ejuſmodi farinæ homines etiam veritatem ipſam oblatraut; & artifices veros objurgant, cùm tamen ſint ipſo lapide

 ſtupi-

ſtupidiores. Quid mirum igitur, ſi hæc mea documenta talibus idiotis, & Phyſicæ veræ naturaliſſimæ imperitis chymiaſtris non arridebunt: eò namque hoc noſtro perverſo tempore res jam devenit, ut veritas ipſa odio habeatur, & conculcetur, econtrà verò mendacia, & vitia amentur, ac laudentur: eò inquam res jam devenit, ut virtuoſi deſpiciantur, ignorantes verò extollantur, & accomodentur.

Neque præterea etiam dubius hæreo, quin nonnullus Chymiaſter, ac Carboniſta, qui principia naturalia ignorat, atque artis naturalis Philoſophicæ omninò imperitus eſt, tum & is, qui ſcripta Philoſophorum ad ſonum litterarum tantùm intelligit, contra huncce meum tractatum ſcribere tentabit, aſt talis eo ipſo maximum ſuæ ignorantiæ dabit indicium, dum non ſolummodò doctiſſimorum virorum appoſitis cenſuris, verùm & gtaviſſimis Philoſophorum authoritatibus contradicet. Talis autem pro certo noviſſe debet, quòd ego deſuper non acquieſcam, eidemque ſuccinctè reſpondere, & calamum contra ipſum egregiè acuere, minimè intermittam, tum ad conſervandam nominis mei famam, tum etiam ad omnimodam artis naturalis Philoſophicæ veritatem tuendã.

Cæterùm omnibus & ſingulis ſciendum velim, quòd, licet Adeptus actualis non ſim, neque artem actualiter adhuc perfecerim, ex hiſce tamen meis ſcriptia (niſi ſua eos averſura ſit pertinacia, aut ignorantia) id fortaſſis haurient emolumenti, quod in ipſis Philoſophorum libris tam ſuccinctè, atque compendiosè vix fuiſſent reperturi: ratio eſt, quòd hæc mea, quantumvis neoterica ſcripta (quantum mihi ſecundùm

dùm ingenij mei exigui talentum à Deo ſcire datum eſt) præ cæteris Philoſophorũ ſcriptis claritatem non ſolùm contineant multò perſpicaciorem, verùm etiam ſint quaſi compendium totius Alchymiæ, omniúmq; Philoſophorum, qui de hac arte nobiliſſima ſcripſerunt, quemadmodum hoc atteſtatur, atque confirmat Clariſſimus Vir D. D. *Adamus à Lebenvvaldt* in ſuis litteris ad me datis ſic inquiens: ***vidique hunc tractatum eſſe compendium omnium aliorum ſcriptorum, qui huic nobiliſſimæ arti mentem & manum admovêrunt, plenum etenim eſt authoritatibus, & rationibus, &c.***

Si quis itaque ex hiſce meis documentis, uti non dubito, aliquod utile ſit capturus, in occulto, quæſo, idipſum reſervet, nec niſi in honorem primò Divini Numinis, tum deinde in commodum proximi, eo, velim, utatur, ſi alium habuerit finem, eo ipſo voti ſui minimè compos fiet: nam uti *Theob. de Hogelande* inquit: Alchemiſtarum nomine digni non ſunt, qui hanc ſcientiam eo ſolùm animo quærunt, ut cupiditates ſuas expleant, & non ad Dei gloriam, aut ad proximi ſolatium, aut inopiam ſublevandam.

Si verò nonnemo ſit futurus, cujus in cerebello adhuc obſcuritas, & tenebræ latebunt, huic id unicum opus eſt, ut à Lumine Luminum Lumen id expetat, quo illuminatus naturam corruptioni, & generationi inſervientem, atque diverſas in diverſis locis operationes exercentem cognoſcere queat: id inquam à Deo Patre omnis Luminis expetere opus habet, qui, ſi cor hominis ſyncerum, atque à ſuperbia alienum reperit, illud bonâ intentione petenti minimè denegat.

His

His autem præmiſſis, cùm me minimè lateat, quin aliqui tum invidia perciti, tum ignorantiâ excæcati me, meáque ſcripta ſint obmorſuri, quare nonnullas, quas ſimiles calumniatores afferre poſſent, objectiones ipſe-met proponere, nec non eaſdem etiam ſolvere volui, inter quas quidem vel hæc eſſe prima poſſet: tu ſcripſiſti plurima (dicet forſan artis ignarus) quæ tamen non ex tuo, ſed ex Philoſophorum hortulo excerpta eſſe videntur, quia potiſſimùm tantùm ſunt textus ex ſapientum voluminibus deſcripti. ad quod ℞. Primò, complures hactenùs compilatos fuiſſe libros, qui, cùm nullos, aut ſaltem pauciſſimos præfetulerint Philoſophorum textus, quantumvis etiam veritatem luce meridianâ continuerint clariorem, ab idiotis vituperio, neſcio quô, fuerunt affecti, ergò ad convincendos ejuſmodi idiotas quidni operæ pretium erat veritatem teſtimonijs non paucis, verùm iñumeris comprobare.

℞. Secundò, quemadmodùm Philoſophi in ſuìs voluminibus vix ullam habent ſententiam, quæ teſtimonijs non ſit confirmata innumeris, ita & ego horum ſequens ſcribendi modum, authoritatem meam quæ artis ignaris forſan inſufficiens videretur, graviſſimis Philoſophorum Authoritatibus cupiebam fulcire.

℞. Tertiò: textus non purè deſcripſi, aſt, præterquam quòd veritatem teſtimonijs innumeris comprobem, hoſce textus adductos ex puris ænigmatibus, & veterum allegorijs enucleavi, atq; in ordinem redegi, adeò, ut veritas tam theoriæ, quàm praxeos noſtræ penitùs eluceſcat.

Objectionum ſecunda hæc quoque eſſe poſſet: quid tu in tam juvenili conſtitutus ætate (dicet quidam ignatus)

ignarus) tam alta, tam ſublimia, tam intricata moliris? quid hæc ſcribis? quid te hæc ingenio tuo juvenili capere fingis, cùm adeò ſint ardua, ùt etiam millena, millenáque acutiſſimorum hominum ingenia ſæpeſæpiùs deluſerint? ℞. Primò, imperſcrutabilia eſſe Dei judicia, Deus ſcientiam, ſapientiámque cuicunque vult, elargiri pôteſt: quare reclamo, unde tibi conſtat, meâ à Divino Numine hac ſacrâ ſcientiâ non eſſe dotatũ?

℞. Secundò quærendo ex adverſario, hæc mea ſcripta vel ſunt veritati conſentanea, naturæ proceſſui conformia, & ad mentem Philoſophorum compilata, vel non ſunt? ſi ſunt veritatem continentia, proceſſum naturæ ſervantia, & mentem Philoſophorum exprimentia, quomodo tu igitur me alicujus inſcitiæ inculpare potes? nam quod verum eſt, atque ſecundùm naturæ proceſſum, mentemque Philoſophorum inſtitutum, quis ſanæ mentis homo id alicui ignorantiæ, aut ruditati adſcribet? ſi verò dicis hæc mea ſcripta veritatem non continere, neque eſſe ſecundùm naturæ proceſſum, & Philoſophorum mentem compilata, monſtra mihi errorem; quẽ tamen mihi aſſignare haud poteris, cum ea omnia, quæ hic ſunt ſcripta contineant veritatem, naturæ ſervent proceſſum, mentémque Philoſophorum quàm exactiſſimè amplectantur.

Tertiò, carboniſtarum nonnullus ita obijcere poſſet: quid tu (dicet aliquis) hæc tibi ſcribere præſumis, utpote quæ vix vidiſti, taceo feciſti? ſi non vidiſti, aut non feciſti, quid tu certi hac de re ſcribere potes? hoc enim eſt de re non viſa ferre judicium, & rem albam pro nigra affirmare.

Hæc vel ſimilia blateranti facilis eſt reſponſio: ſive enim

enim fecerim, & viderim, sive non, quid ad te? non enim me obligatum esse existimo tibi fateri, an fecerim, an viderim, sufficit me tibi Veritatem scribere, & de scientia gloriari nolle. Et posito, quòd nihil vidissem, aut in hac arte nihil operatus fuissem, quod tamen tibi non constat, quæro ex te, an de ijs, quæ ad nostrum non apparent visum, ratiocinari quidquam possimus? si dicis, non, mentiris apertè carbonista: etenim testante ipso Sendivogio, Philosophis à Deo datum est res etiam occultas, atque in umbrâ latentes, id est ad visum nostrum non apparentes, si non oculis corporeis, saltem oculis mentis videre.

Deinde nonnè legisti in Platone, in Socrate, cæterisque naturæ scrutatoribus acutissimis rei cuicunque inesse ens quodpiam divinum, sic quamvis illud ad oculos non appareat nostros, nonne Sapientes idipsum jubent indagare quàm exactissimè?

Item quis unquam vidit naturam, & tamen quis Philosophorum de ea non ratiocinatur? Posito itaque, quod si nihil vidissem, aut in arte naturali Philosophica nihil operatus fuissem, naturam tamen vidi sinceris mentis meæ oculis: hinc quamvis tu eam apprehendere haud possis, me attamen de ea ratiocinabiliter, nec non infallibiliter discurrentem culpare non potes, nisi artis, & naturæ ignarum te sis propalaturus.

Objicere hìc quartò posset aliquis sic me objurgando: si tibi operis Philosophici perfecta est scientia, cur omnia & singula puncta non scribis apertè: ℞. hanc objectionem, nomen objectionis haud mereri; nam Philosophorum hactenùs extitere paucissimi, qui artem omnimodam propalâssent, & hoc quidem ob eam potis-

potiſſimùm rationem, quia infinita exinde mala ſequerentur, uti in libris ſapientum paſſim legitur, cujus etiam rationem Cap. 24. ſufficienter annotavi. Et profectò, ſi hæc objectio ſcriptis meis quidquam poſſet derogare, omnibus utique ſapientum libris hac de arte non niſi occultè, & myſticè, id eſt ænigmaticè, metaphoricè, & cabaliſtice ſcribentibus neceſſariò derogare deberet. Etenim ſi quis hujus divinæ ſcientiæ à Patre luminum compos factus eſt, is ſanè aſſeverarit me hìc tam apertè, tam dilucidè ſcripſiſſe, adeò, ut à nullo hactenùs Philoſophorum id factum fuiſſe conſtet, proinde ſi is, qui hac de re minùs dilucidè, & magis myſticè ſcripſère, haud vitio eſt vertendum, profectò mihi apertè magis, & minùs myſticè ſcribenti, potiùs erit ignoſcendum.

Denique inſtare hìc fortè poſſet quiſpiam dicendo, quòd hiſce meis ſcriptis homines ad ſumprus faciendos, nec non ad artem hanc amplectendam allicerem. ad quod ℞. Quòd hìc ſemel pro ſemper omnibus & ſingulis quàm exactiſſimè inculcatum velim, ut ſe huic arti non intromittant, multò minùs crucigerum ullum expendânt, quin priùs Philoſophorum ænigmata, metaphoras, figuras, ſimilitudines, & allegorias ad amuſſim intellexerint, totamque artem unâ cum omnibus & ſingulis circumſtantijs ex vero fundamento abſque ullo defectu animo ſuo impreſſerint: tum, ſi quis à Divino Numine hanc ſcientiam plenariè aſſecutus fuerit, ſeſe ad opus hoc, ſi voluerit, accingere poterit, ſed ſumptus magnos (quod bene notandum eſt) peſte pejus & angue fugiat. Non enim huncce tractatum, uti jam ſæpiùs inculcavi, in eum finem conſcripſi,

ne

neque eundem ideò in lucem emittere volui, ut homines ad artem hanc amplectandam, vel ad sumptus faciendos allicerem: verùm mea potissima solùm extitit ratio erroneos ad rectam veritatis semitam reducendi, nec non proximum meum ab innumeris malis præcavendi, cujusmodi sunt librorum sophisticorum lectio, processuum carbonariorum elaboratio, omniúmque vulgarium operationum pseudo-chymicarum prosecutio, cum quibus tempus teritur frustra, impensæ fiunt inutiles, atque tandem subsequitur dilapidatio bonorum. Hæc igitur mala, ut præcaveantur, unica mea erat intentio huncce tractatum scribendi, & non ad sumptus faciendos animum lectoris alliciendi.

Objectionibus hisce solutis id unum quoque haud addere non potui, quod hanc ultimam objectionis solutionem non parumper videtur confirmare. idipsum autem est, uti complures attestantur Philosophi, quòd opus Philosophicum correspondeat cum prima mundi creatione, in quâ primò extitit cælum & terra, quod cælum & terra erant entia confusa instar aquæ, supra quam ferebatur Spiritus Domini; quæ operatio per aquam primariò existentem, indicat primò extitisse corruptionem, in elemento aquæ fieri solitam. Sic nisi quis operationem suam scientificè ita instituere noverit, ut compositum in aquam vertatur, id est, ut prima ejus corruptio fiat in elemento aquæ, manum ab opere tutò suspendat, quia secùs nil se confecturum omninò confidat.

Alterum est, quòd Philosophi, qui in antiquo adhuc extitêre testamento, in opere suo Philosophico velut

veluti in ſpeculo clariſſimè præviderint, quomodo Chriſtus ſit naſciturus, moriturus, ac reſurrecturus. Item quàmplura alia, quæ ex poſt facto in lucem reverà prodierunt, & adhuc prodibunt, vi ipſius operationis Philoſophicæ prævidére veteres, quorum hoc ipſum unum etiam eſt, reſurrectio nempe carnis noſtræ in extremo die judicij, quam Philoſophus in ſuo opere clariſſimè intuetur. Niſi quis itaque in operatione ſua, quam inſtituere intendit, hanc ipſam reſurrectionem præcedente priùs ſeminis corruptione, nec non præmiſſa nativitate, & morte clariſſimè præſpexerit, nil boni ſe præ manibus habere certiſſimè credat. Quare hæc ſola admonitio in plurimorum cedere poteſt Chymicorum emolumentum, quâ bene perſpecta impenſas haud parvas poterunt præcavere.

O igitur ſanctam, admirabilem, & nunquam ſatis laudandam ſcientiam! O ſcientiam ſcientiarum omnium digniſſimam! per quam veteres Philoſophi Chriſtum Dominum noſtrum prævidére in cruce moriturum, & tertiâ die gloriosè reſurrecturum. O artem perfacilem quidem ijs, quibus gratia adſtipulatur divina, difficilem verò, imò vix perſcrutabilem ijs, quos Divinum Numen hoc ineſtimabili dono remunerari dedignatur; O ſcientiam verè Divinam, quæ ſui poſſeſſorem in ſublimi felicitatis Throno collocat, nec non à cunctis anxietatibus, mæroribus, tribulationibus, & quibuscunque morbis etiam deſperatiſſimis eripit feliciſſimè!

Hisce itaque finio, quæ in hoc ſcrutinio de Vero Elixire vitæ, Auroque Potabili Philoſophico erant pertractanda, Deoque immortali gratias ago infinitas, quòd conatibus meis clementiſſimè favere dignatus fuerit. Cedant igitur hæc omnia ad proximi ſalutem, & DEI TER OPT. MAX. infinitum honorem, & gloriam, cui ſit laus in perpetuum.

Amen.



IN-



INDEX CAPITUM.

sci.

FINIS.

